FROMMANNUS
VENÆ SECTIO 1668

R R
C
B. c
31

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

FROMMANN, J.C.

65339/A

V1

OF LONDON·MEDICAL SOCIETY

DISCURSUS MEDICUS
De
VENÆ SECTIONE
IN MORBILLORUM DECLINATIONE OBORTA PLEURITIDE ADMINISTRANDA,

AUTORE

JOHANNE CHRISTIANO FROMMANNO, D.

Impenſis
GEORGII HEINRICI FROMMANNI,
Bibliop. Lipſ. Anno 1668.

VIRO

Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo,
ac Excellentiſſimo

DN. PAULO HÖNNIO,

JCTO celebratiſſimo, Conſiliario
Saxo-Coburgico Emi-
nentiſſimo,

SALUTEM ET FELICITATEM.

ANnagallis planta eſt phœniceô flore conſpicua, qvam in Veſtibuli limine olim ſuperſtitioſæ antiqvitatis ſobolem, qvia maleficiorum introitum eandem reprimere credidit, ſuſpendiſſe legimus. Hanc, qvæ ſimpliciores occæcavit, prudentiores perſvaſionem derident meritò. Saniora tamen, horundem calculô, fuerunt conſilia eorum, qvi canis rabidi morſui ſanando, corporisq; partibus infixa ſpicula dolenter ferentibus eandem applicuerunt. Suis enim Naturæ poteſtas continetur terminis, ab omnipotente autore præfixis, qvos viribus ſic contractis tranſcendere, eaq;, qvæ naturalibus non ſunt immerſa principiis, afficere neſcit: in ea verò, qvæ his gaudent, pro indole divinitus conceſsâ, naturalem exercet poteſtatem. Malevolorum maleficorumq; temerarium qvi metuunt auſum, ſcriptores ſcriptorum, quæ publici juris faciunt, liminibus Magnatum & Procerum nomina felicius, qvam herbam præfigunt, qvorum autoritate armati & animati metuendum adverſantium conatum frangunt, morſumq; à rabidô Zoilô vel infligendum præcavent, vel inflictum ſanant. Nomen tuum magnum, VIR MAGNE, Diſcursûs præſentis limini

præfigo ego, non qvòd maleficorum inſultum metuam; (eum enim, ſi immineret, cùm Pro Principis laudatiſſimi lateri adſideas, prudentiâ & autoritate tuâ Te feliciſſimè profligaturum eâdem confido:) ſed, ut hoc velut publicô argumentô atq; inſimul ipsâ animi mei mente exprimam, acceptiſſima fuiſſe mihi, qvoties Svadâ tuâ me fuiſti dignatus, qvæ variis aliis adjeciſti facta de rebus Medicis verba, qvibus ipſis Te Tibi animum meum tacitè oppignoràſſe ingenuè fateor. Locupletiſſima illa tui in excellentem medendi facultatem amoris magniq; ad magna nati animi fuerunt indicia. Ea enim pectorum ad magna natorum ſublimiaqve ſpirantium eſt indoles, ut, omniſciæ divinitatis æmula, omnibus curioſam applicent mentem, nec deſinant, donec ſacra, ſed inexplebilis, ſcibilium fames, ſi non omninò tollatur, aliqvâ tamen ratione leniatur. Glorioſiſſimos terrarum Dominos, Numini, cujus vices hîc retulerunt, accedentes, velut cœleſti aurâ tactos ſacrô humanarum ſcientiarum cultu æqvè ac ſummô fulgidiſſimorum ſceptrorum honore fuiſſe delectatos, qvin & ſuper æternitatis æthera feliciſſimè ſic ſubve-

ctos

ctos accepimus. Non ſapientiſſimum Hebræorum Regem Salomonem; non prudentiſſimos Ægyptiorum Apim, Oſiridem, Iſidem; non potentiſſimos Numidarum, Cadmum, Maſiniſſam, Jubam; non domitorem illum Orientis, Alexandrum M. non Auguſtiſſimorum Imperatorum, Auguſti, Tiberii, Adriani, Titi, Conſtantini, Juſtini nomina adducam, ne luxuriandi calamus inveniat occaſionem: eos tamen & plures alios (ut in ſtadiô Medicô conſiſtam) medicarum rerum ſcientiâ animos, ut & ſic cœlo conformes fierent, egregiè imbuiſſe, ſicq; inſignia etiam ſub graviſſimis Imperii oneribus ſtudioſi laboris, qvo ſcibile qvodvis eſt venale, documenta poſteritati reliqviſſe, reticere nolo. Propenſiſſimus tuus, VIR NOBILISSIME, in prædictos & res alias omnes affectus, ſublimioris animi index, Magnorum ordini Te qvoqve conſociat, & in admirationem, qvos in mentis tuæ conſpectum admittis, impreſsâ ſibi rerum varietate rapit. Magna jam ad Principis ſubditorumq; votum à Te fluere fatentur omnes, &, ut majora ſperent, qvos induſtriâ domi, ac in Palladis ſedibus multis multoq; peregrinationum labore ex-

teris in locis comparâſti, ingentes Eruditionis & Prudentiæ theſauri, variô jam uſu confirmati, jubent. Ego illorum admirator, ne paupertinô oris eloqviô præco fiam ineptus, calamo ad plura tendenti licentiam nego. Hoc tantùm è pectore devotiſſimô profuſum manus cum votô petitum adjicit, ut, qvi propitium in medendi facultatem ſacrô in pectore animum foves, pari illius cultores, præſertim novercantis fortunæ ludibrio innocenter expoſitos, reſpicias, conſiliorumqve dexteritatem auxilii felicitate in bonorum ſolamen corones. Meam fortunam, qvam propitius hactenus reſpexiſti, ut favente affectu porrò ſuſtentes, &, qvod in gratitudinis ac obſervantiæ ſignum ea, qvâ par eſt, reverentiâ ad pedes tuos jam depono, hoc devoti cultûs ſpecimen eodem digneris, officiosè contendo. Supremus Rex & cœleſtis Princeps Principis noſtri Sereniſſimi Regimini in ſui gloriam, hujus felicitatem, patriæ ſalutem, & Tui incrementum Te hactenús feliciſſimè admotum deinceps qvoqve diutiſſimè admoveat, ac, ut in eo, qvem à Celſiſſimâ Serenitate refers, radiorum ſplendore ac excellentis ingenii Tui fervore, diſ-

cuſsâ

cuſsâ atrâ infortunii cujusq; nube, pia omnium vota ad votum ſive exoptatos effectûs fructus in conſtanti & virium robore & mentis vigore maturare poſſis, clementiſſimè concedat. E Muſeo d. 10. Decembris, Anni M DC LXVII.

Nobiliſſimo Tuo Nomini

devinctiſſimus

J. Chriſt. Frommann/D.

Σὺν Θεῷ.

1. Rubiginem ſi Fama res homini delicatiſſima levibus ex cauſis ſæpè contrahit, Petrarchæ *lib. de remed. utriusq; fort. dial. 25. p. m. 413.* judiciô, contractâ ſanè freqventiſſimis multorum convitiis & contumeliis rubigine multâ Medentium famam modô non omnem conſumi miretur nemo. Vix enim ullum genus hominum huic calamitati magis eſt expoſitum, inqvit Rodericus à Caſtro *Medic. Politic. lib. 3. cap. 1. p. 113.* Freitagius *Noct. Medic. cap. 1.* huic ſimilia ponit, & qvam in patriâ ſuâ ingeminat *Celeberrimus* Dn. D. Thom. Bartholinus, *Profeſſor in Regiâ, qvæ Haffniæ eſt, Academiâ jam honorarius, Præceptor meus ſine honoris præfatione nunqvam appellandus*, næ plurimorum, ſi non omnium, locorum Medici ubiq; jactare poſſunt qveruli doloris cauſam. Ita enim ille in ſuis *de Medicinâ Danorum domeſticâ* diſſertationibus, qvæ lucem ſuperiori annô aſpexerunt, *diſſert. 9. pag. 409. Non memini*, inqvit, *viliori locô uspiam reputari Medicos veros, nec ſcio ubi locorum in Europâ circumforanei magis æſtimentur. Hos titulô Doctorum dignantur, catervatim in forô, in theatrô, in ædibus conveniunt, precantur, lautô præmio dimittunt, & plenos laudis. At Medicum doctrinâ uſu & moribus probatum vix ſalutare volunt, convi-*

tiis

tiis inſectantur, &c. Fata hæc duro neceſſitudinis
clavo cujusvis vertici infelici ſidere infixa, cum me-
dela non detur, ad buſtum ſunt deferenda. Sedatô 2.
qvid. atq; compoſitô animô auditis calumniatorum
rationibus ut reſpondere Medicus aggrediatur, &
cum ipſis qvàm mitiſſimè lites ſuas componat, Ro-
dericus ibid. ſvadet. Sed non omnibus licet eſſe
tam beatis, ut, qvæ in contrarium aliorum mentem
ab ripere &calumniandi viam ſternere qveunt, præ-
ſentibus legant auribus, dubiorumq; nodos in illo-
rum conſpectu mentis acie ſolvendi occaſionem in-
veniant. Iſti enim dolor! ſunt præſentis ſeculi mo- 3.
res, roſas ore, ſpinas corde fovere: iſtas præſentibus
has abſentibus dicare. Impunè nim. de aliis alienisq;
judiciũ clã ferunt, ne pręſentes datô patellæ opercu-
lô dignô erroris&amentiæ convicti videãtur. Facile 4.
fuiſſet Evandro fati ſui nuperi inclementiam decli-
nare, ſi contortum imperitis manibus opinionis
falsæ nodum primus accepiſſet; Sed cum in am-
plum vulgi, famæ incertæ nutritoris ſtrenui, ſinum
ſit primum devolutus, enatum eſt, qvod jam dolet.
Facile fuiſſet eidem & has, obfirmatô ad ſimiles
novercantis fortunæ inſultus animô, injurias de-
coqvere, ad animum Tertulliani illud *in Apologet.*
cap. 8. revocando: *Fama incerta eſt, cui nemo credit,*
niſi inconſideratus, qvia Sapiens non credit incerto. Men-
dacium ab uno ſeminatur, aut ingenio æmulationis, aut
ſuſpicione ambitionis, aut ingenitâ mentiendi voluntate,
Suſtentabant primum animum aliorum exempla,

 & hæc,

& hæc, in qvæ experientisſimus Rulandus *cent. 6. obſ. 1.* erupit, verba: *Qvid magis deteſtandum, qvam culpam* τῶν σφαλμάτων *in curis contingentium, in Medicum* τὰ δέοντα *pro virili* ποιοῦντα, *& in Medicinam transferre? cum potius in* τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρέοντας, καὶ τὰ ἔξωθεν *ſit derivanda. Sed Medicum prudentem decet (qvia Mundi hujus hic mos) vulgi & imperitorum judicia non effœminato animo pertimeſcere, verùm infractô & forti fabellas & obtrectationes malevolorum contemnere, rectè actorum conſcientiâ fretum.* Verùm ſuſpenſum deinceps animum detinuit id, qvod Eloqventiæ Parens Cicero *lib. 2. offic.* porrigit: *Negligere qvid de ſe qvisq; ſentiat, non ſolùm arrogantis eſt, ſed omninô diſſoluti.* Utrumqve Steteræ Rationis cum imponeret, hoc illi præponderavit, maximè cum adjiceret, librô qvodam Medicô Germanicô ſimpliciores, qvin & eos, qvi ſapere volunt, non tantum decipi, & ſibi relictos in errore confirmari, ſed & alios ſenſim in eundem
5. errorem præcipitare. Itaq; in eâ Medicinæ Specialis parte, qvæ Renunciatoria dicitur, & in difficiliorum in praxi forôq; occurrentium qvæſtionum reſolutione absq; ullâ operanti intentione occupatur, qvæſivit præſidium, præprimis qvòd metueret, ne longæ oris induciæ publicâ ob iniqvum ſilentiũ voce aliqvando mulctarentur, eâq; compulſus tandem nihilominus in aram, qvod dicitur, confugere, h. e. ſalutis aſylum petere teneretur. *Famæ, Pudori & Appetitioni Athenis viſuntur aræ,* inqvit Alex. ab Alexan-

Alexando *genial. dier. lib. 1 cap. 13.* Famæ qvoqve aram in celebratiſſimô Gratioſæ Facultatis Medicæ, qvæ Jenæ eſt, Fanô cùm noviſſet Evander idem, CaſumMedicinalem ipſum, velut ſacrificium qvoddam, ut ingenii fervore celebratiſſimorum Medicinæ Sacerdotum hoc ſuccenſum inibi arderet, & Fama acerbitate depoſitâ propitia rediret, conſecravit. Conſecrationis ad votum peractæ Hiſtoriam infra N. 130. legendam dabimus. Jam Ro- 6.
manorum nos cum Evandrô imitabimur morem. Peractô Sacrificii ritu reliqvas in convivium reſervatas partes, poſtqvam debitas Diis ſuis victimæ partes obtuliſſent, illos palato dicaſſe, inter veſcèndum Deorum laudes ceciniſſe, pedibusq; circum aras complodentes ad numeros pſalliſſe, & pulſatis cymbalis choreas egiſſe antiqvitatum Secretarii produnt. Nos qvoq; feliciſſimo ſidere peractô ſacrificii in dictâ Famæ arâ ritu, oblatoq; gratioſæ Facultati Medicæ debitarum partium numerô, partes, qvæ nobis ſuperſunt, noſtras qvoq; cum Evandrô faciemus, easq; mentis noſtræ acie diviſas inter Illuſtris hujus ſedis incolas, Muſâs Iſſiacas, velut ad ſacras epulas convocatas manu diſtribuemus pronâ & officiosâ, h. e. in qvæſtionis partes ſingulas digitum, ut feliciùs deinceps è puteo veritatem haurire qveamus, intendemus, easq; diſqviſitio-

Animus qvid. primùm fuit, diſqviſitioni publicæ in Illuſtriſſimô Athenæo diſcurſum hunc ſubmittere, ſed intervenerunt cauſæ, qvæ animum muta-

tioni publicæ ſubmitte- tarunt, itaqve publici ju-
mus. Sed publicâ prius ris illum ita facere pla-
voce ex intimis cordis cuit.
penetralibus laudes dicere & gratiis agere iis, qvorum auſpiciô omnia adornari potuerût, devotiònis cultus poſtulat meritò. Qvanqvam cum minor hoc officiô ſit & lingva & manus, adeòq; dignè ea exprimi neqveant, ne paupertinô oris eloqviô mancus dicendi numerus emergat, in compendium ſermonem cogere, præſtare videatur. Et ſine coactione Evander cogit in hoc:

7. DEO OPT. MAX. OMNIPOTENTI SAPIENTI SE TOTUM HUMILIMO, CELEBERRIMO FACULTATIS MEDICÆ JENENSIS COLLEGIO ET COETERIS MEDICIS NOBILISSIMIS SUA STUDIA, CUM MAJORA OFFERRE NEQVEAT, DEVOTISSIMO ANIMO SEMPER ET UBIQVE DICAT EVANDER.

Qvæſtio eſt:

8. An Fœminæ plethoricæ, qvæ in declinatione Morbillorum benignorum plevritica evaſit, Venæ Sectio mox primô invaſionis tempore parcâ manu adminiſtrata noxia & lethalis eſſe qveat?

9. ADventitiæ noſtræ cœnæ & ſacri epuli apparatum in ſeptem diſtribuere placet miſſus. Septenarius numerus, qvia & Virginitatis, & Jura-

Juramenti, & Libertatis, & Beatitudinis ac Reqviei numerus, (nobis in præſenti negotiô qvoq; non ſine omine) dicitur, placet. Miſſus ſunt iſti. 1. Fœmina. 2. Plethora. 3. Declinatio. 4. Morbilli. 5. Benignum. 6. Pleuritis. 7. Venæ ſectio. Horum enim terminorum explicatio controverſiæ reſolutioni viam aptè ſternunt.

I. FOEMINA.

Homo Univerſale qvoddam eſt & totum. Totius 10. autem Univerſalis qvadruplex potiſſimum, diviſio aſſignari ſolet. Prima generis eſt in ſpecies. Secunda Subjecti in accidentia, &c. Vid. *Excellentiſs.* Dn. Spindleri *Profeſſoris meritiſſimi, Collegæ & Affinis mei honoratiſſimi beatiſſime nuper defuncti Logica* p. 106. Homo, cùm non genus, ſed ſpecies ſit infima, primam qvid. renuit, ſed tamen ſecundam ſibi accommodari admittit diviſionem, tum qvoqve, qvando ratione ſexûs in Marem & Fœminam dividitur. Eſt autem *Fœmina* ſecund. Ariſtotelem *lib. 1. de part. anim. cap. 3.* qvod in ſe mittit: *Mas*, qvod in alterum. Qvorum verborum ſenſum, *lib. 4. de gen. anim. cap. 1.* exprimit. Utriusq; ſexûs diſcrimen accuratè expoſuit Riolanus *Anthropograph. lib. 2. & Enchirid. Anatom. lib. 2. cap. 2.*

Hæc ſexûs differentiâ ut attendatur à Medicô 11. reqviritur meritò, & qvid. ut annotat Kyperus *Anthropol. cap ult.* §. 18. potiſſimum (1.) ob *Temperamenti diverſitatem.* Mares enim Fœminis ſunt calidio-

calidiores & Sicciores, fœminæ humidiores & frigidiores, teſte Hippocrate *lib. de victûs* ratione, cumq; eo Medicorum Senatu ampliſſimô, & Ariſtotele *lib. 4. de gener. animal. cap. 1. & 6.* Frigiditas autem illa non abſolutè, ſed reſpectivè venit intelligenda. Caliditatem fœminæ etiam obtinent, ſi non intenſivè, ſeu in gradu excellentiore; tamen extenſivè, ſeu diffuſam temperatioris caloris in ſangvinis copiâ, copiam, qvæ temperamentum eâ ratione parit calidum & humidum, qvod tamen ratione individuorum itidem variat. Temperamenta autem ſive corpora calida & humida facilimè putreſcunt. Galenns *lib. de curand. rat. per S. M. cap. 5.* Cauſam *Magnificus & Nobilisſim.* Dn. D. Sebizius *in Comm. ad hunc librum cap. 5.* rejicit in tenuium ac fuliginoſorum excrementorum copiam. Hæc diutiùs juſtò retenta neq; liberè ventilata evadunt calidiora, in humidum calidumq; corpus, cui aſſiſtunt, & circumfuſu ſunt, agunt, & calorem ejus proprium ac nativum evocant, qvo evocato ſeqvitur ſeparatio humidi à ſiccô, qvæ Putrefactio nuncupatur. Ægram noſtram calidioris & humidioris temperamenti, etiam reſpectu aliarum ſexûs
12. ſui, fuiſſe inferiùs dicenda indicabunt. (2.) *Ob virium varietatem.* Nam fœmina mare eſt infirmior Qvanqvam ſi roboris & virtutis lumen qvædam præferant, ut prætuliſſe qvaſdam ap. Valerium, Plutarchum, Camerarium, Zeilerum, Caſp. Scotum & alios legimus; tamen qvòd per τὸ ut pluri-

plurimum venit explicandum, univerſalitati derogat nihil. (3.) Ob *ἰδιοσυγκρασίαν & occultas ab Uterô ſæpè provenientes qvalitates*, qvæ vigilantem 13.
Medici reqvirunt oculum. Hoc enim muliebre viſcus animalis fermè naturam adeptum (ut ad Platonis in Timæô placitum Aretæo *lib. 2. de cauſ. & ſign. acut. cap. 10.* loqvi placuit) ut particularem habet monarchiam, ita & morbos, inqvit Helmont. *lib. de concept.* Democritus *in Epiſt. de nat. hum. ad Hippocratem* perſcripta ait: *ſexcentarum*, h. e. multarum *ærumnarum mulieri autor eſt matrix.* Peculiari uterum natura obſignavit qvalitate, ut à ſvaveolentis, acidis, melle, & dulcibus omnibus commoveatur & lædatur, qvorum Catalogum Schönbornerus *Manual. pr. p. m. 195.* recitat. Spiritus Vitrioli acidi 14.
exhibitione ad febrem mulierem hyſtericis doloribus obnoxiam ſpatio 24. horarum extinctam, volvulo excitato, notavit Paulus Zacchias *qvæſt. Med. Leg. lib. 6. tit. 1. qvæſt. 2. n. 7.* Virgo qvædam in lectum foliis roſarum conſperſum æſtivo æſtu levando dum conceſſerat, dormiſcere ſtatim incepit, atq; ſic penitùs omninò obdormivit, factâ ſcil. ferali matricis adverſus vitalia ſic rebellione. Dn. D. Langius *miſcell. curioſ. Medic. 18. p. 46.* Virgo illa ap. Thonerum *lib. 3. obſ. Med. pag. 184.* ſuffocatione Uteri laborans ex intempeſtivô aqvæ odoriferæ ex aq. cinnem. & confect. alkermes uſu graviſſima incidit ſymptomata, qvæ poſt uſum Utero convenientium remediorum brevi receſſerunt.

II. PLE-

II. PLETHORA.

15. VOx *Plethora* in Græciâ nata à πλήθειν ἢ πλήσσειν, qvod implere & replere ſignificat, derivatur Latini eam ſuâ civitate donarunt, in qva tn. ſignificationis ſplendorem amiſit. Solius n. ſangvinis exuperantia *Plethora* dici conſvevit reliqvorum omnium redundantia in *Cacochymiæ* genere continetur, inqvit Fernelius *Pathol. lib. 1. cap. 20.* ſeu: Plethora eſt humorum alendo corpori deſtinatorum ex cauſis ſuis orta redundantia. Ionſtonus *Id. Medic. lib. 2. tit. 2. c. 2. art. 1.* Plethoricus g. ſalutatur is, qvi ſangvine ſeu humoribus alendo corpori utilibus abundat.

16. Differentiæ Plethoræ dantur variæ (1. ratione *ſubjecti*, alia dicitur *univerſalis*, qvæ totum corpus: alia *particularis*, qvæ certam partem occupat Galenus *lib. de plenitud. cap. 4. & 11. & lib. de cur. rat. per S. M. cap. 4.* (2. *à magnitudine*, alia eſt *maxima*; qvalis fuit εὐεξία Athletarum, ſecund. Hipp. *lib. 1. aph. 3.* alia *mediocris*, in qva mediocriter ſangvis redundat: alia *levis* atq; exigua, in qva extra modicum idem tranſit. (3. ratione *qvalitatis humorum redundantium* alia *pura* eſt, qvæ vel κατ' ἐξοχὴν & *ſimpliciter* ita dicitur, qvando humores ſangvinem proportione & æqvalitate, qvæ illis debetur, ſervatâ, augentur: vel cum additô *ſangvinea, biliosa, pituitosa, melancholica*, qvando vel temperatior ſangvinis portio, qvæ ſangvis in ſpecie vocatur, vel reli-

qvi

qvi, ſangvineam maſſam conſtituentes humores qvantitatis modum transgrediuntur: alia a. *impura* eſt, cum ſangvinis abundantiæ malorūm ſuccorum copia conjungitur. [4. Eſt vel *actu* in totô vel in parte qvapiam: vel *poteſtate*, qvæ adfutura eſt. (5. Ratione *effectorum* alia dicitur tenſiva, cum tantam venæ ſangvinis copiam capiunt, ut non ſolum turgeant, ſed etiam diſtendantur, ac ferè rumpantur: indeq; etiam πληθώρας πρὸς ἀγγεῖα *ad vaſa* nomen ſibi vendicat: alia *gravativa*, qn. ſangvis, ſi non vaſa, tamen vires premit, qvia plus illis ineſt ſangvinis, qvàm à natura regi & in circulum moveri qveat. His alii *mixtam* addunt, qvando nimirum tanta adeſt ſangvinis copia, ut & vaſa diſtendat, & viribus ſit gravis.

Plethoræ ſive ſangvinis abundantiæ rationem 17.
Medicus ut habeat reqviritur. Sit licet ſangvis melior vitæ theſaurus, ſuccorum omnium Naturæ familiarisſimus, Naturæ dilectus filius; qvibus encomiis ſangvinem Galenus paſſim mactat: ſit in eo Naturæ characterismus, ut ait Dn. D. Libavius *contempl. de cruent. cadav. pag. 227.* dilectus tamen hic Naturæ filius ſæpe degenerat, & peccat vel *Subſtantiâ*, ut ſuum planè amittat characterismum, & à conſvetâ ſibi conformitate recedat; & tunc eſt evacuandus purgatione, vomitu, ſudore, diureſi: vel *qvantitate*, ut debitæ mediocritatis leges excedat, & effecta pariat, qvæ Promotur meus Dn. D. Moebius *p. m. Inſtit. Medicin. pag. 127.* enumerat;

Suntq; ruptio vaſorum, ſputum cruentum, lasſitudo ſpontanea, hæmorrhagiæ narium, nimius menſium fluxus, odontalgia, aſthma, plevritis &c. Et tunc eſt ſangvis evacuandus inediâ, ſcarificationibus, venæ ſectione; vel *qvalitate* ſive manifeſtâ & elementari, ſive occultâ; tunc n. eſt alterandus: vel *motu*, cum ſolitò magis ſuum abſolvit circulum, & ad particularium regionum oras appellens varia incolis conſciſcit mala; tunc enim revellendus: vel *loco*, ut ſuis, qvibus continebatur, canalibus excedat & effluat; tunc enim repellendus, derivandus, diſcutiendus, &, qvibus fieri decet, modis omnibus, qvos medendi methodus ſubminiſtrat, ſubmovendus.

III. DECLINATIO.

18. TEmpus Medicorum filii ponunt qvadruplex. 1. Tempus ætatis. 2. Tempus anni. 3. Tempus morbi. 4. Specialisſimè opportunum tempus, ſive occaſionem. Temporibus morborum jam inſervimus.

Qvalis res eſt Animalibus differentia ſecundum Ætates, *inqvit* Galenus *lib. de Tempor. morb. cap.1.* talia morbi ſunt tempora. Sunt autem *Tempora morborum* partes eorundem ob certas qvasdam à primô ſtatim exortu usq; ad finem vicisſitudines & mutationes in iisdem notatæ. Ita optimus meus Præceptor *Excell. Dn D. Beckerus Profeſſor olim Regiomonti celeberrimus Diſp. Noſol. 3.* §. *1.* definit. Suntq; duplicia. *Univerſalia* & *Particularia. Illa*
totius

totius Morbi decurſum comprehendunt ; ſuntq; duorum generum ; alia *generalia*, quæ morbus in genere reſpiciunt : alia *ſpecialia*, qvæ eos duntaxat notant morbos, in quibus mutationes ad materiæ morbificæ conditionem, an ſc. cruda ſit vel cocta, cum ſymptomatum indole obſervantur.

Specialium morborum partes ſunt qvatuor. 19.
1. *Principium*, qvod eſt ea morbi pars, in qva morbus ad huc eſt crudus, & ſigna coctionis nondum apparent. 2. *Augmentum*, eſt id tempus, in qvo Symptomata ingraveſcunt, & ſigna coctionis apparere incipiunt in ſalubribus morbis, aut contraria in lethalibus. 3. *Status* eſt, qvando pugna inter morbum & naturam eſt maxima, & Symptomata omnia ſunt vehementisſima. 4. *Declinatio*, qvando morbus à natura victus miteſcere incipit. Ita Dn. D. Mœbius *l. c. pag. 88.* Sic in Morbillis Principium eſt tempus ebullitionis: Augmentum tempus eruptionis : Status tempus ſummi vigoris : Declinatio tempus diſparitionis. Practici tamen potiſſimum tempus ebullitionis & eruptionis reſpiciunt. Morbilli celeriùs tempora ſua, qvàm Variolæ, tranſeunt. Inſignis tamen in iiſdem, æqvè ac in Variolis, pro varietate naturæ, materiæ, habitûs corporis, viarum & regiminis deprehenditur. Nam qvod Doctiſſ. Dn. Sebizius *in exaſciato ſuo de Var. & Morbill. Tr. Diſp. 3. qvæſt. 17.* de Variolis dixit, in Morbillis etiam habet locum : *In* 20
qvibus, inqvit, *natura eſt valida, habitus corporis laxus,*

mollis & rarus, materia tenuis atq; ſubtilis, viæ, per qvas evacuanda, liberæ atq; expeditæ; in iis Variolæ erumpunt celeriùs: præſertim ſi natura in expulſione à Medicô juvetur, & æger in calidô aere decumbat, ſeſeq; bene tegat. Tardiùs contra in iis, qvorum natura eſt debilis, corpus denſum, materia craſſa, viæ præpeditæ & obſtructæ, & qvorum natura neq; juvatur arte, neq; corpus à frigore munitur.

21\. Pluribus circa Tempus ultimum in genere diſqviri ſolet: *Utrum in Declinatione Homo mori poſſit?* Galenus *3. de criſib. cap. 5.* negat. *Qvidam, ſunt,* inqvit, *qvi putant ſe vidiſſe multos ægrotos in declinationibus periiſſe: ſed ſi experientiæ & Rationi credere oportet, novi ipſos aliâ ratione, qvàm Morbo, interiiſſe.* De univerſali declinatione hoc eſſe intelligendum ex cap. 9. patet, ubi particularibus acceſſionibus declinantibus, retrocedente à medio ad extrema calore, multos ſæpiſſimè interiiſſe ipſemet refert.

22\. Hanc determinationem pleroſq; claſſicorum approbare dicit Greg. Horſtius *probl. Pathol. de febrib. 15. pag. 252.* ubi ex Horatio Augenio notat, qvòd interdum in declinationibus apparentibus ægrum interire contingat, idq; ſex modis. 1. Qvando propter caloris naturalis reſolutionem extraneus etiam fit minor, ut morbus declinare videatur, qvod innuit Avicenna *9. 4 c. 4. & multoties accidit apud mortem diſpoſitio, qvæ eſt ſicut declinatio, & eſt ſicut æger cum evaſerit, ſed oportet, ut non occuperis in hoc &c.* 2. Qvando peccans materia difformis
eſt,

eſt, ut reſolutâ materiâ tenuiori, declinare videatur morbus, cum tamen propter reſiduum de novo corruptum malignitas major ſubſit. 3. Qvando materia peccans partem minus principem relinqvit, & interim magis principem occupat. 4. Qvando propter minorationem materiæ morbus redditur minor, ſed virtute ſecundum proportionem deficiente. 5. Qvando propter ultimum conatum virtutis gravia ſymptomata remiſſa videntur. 6. Qvando morbus morbo ſupervenit, ubi ſignis coctionis apparentibus mors contingit, reſpectu morbi maligni ſuccedentis. Adducere hæc placuit, qvia commodum ratio præprimis ſecunda & ſexta locum infra N. 151. inveniunt.

Tempora Morborum diſtingvere & noſſe decet Medicum. Non enim qvovis tempore qvævis poſſe ægris porrigi & adminiſtrari Hippocrates *lib. 1. aph. 8. 22. & 24. lib 2. aph. 29.* & paſſim docet. 23
Tempus nim. illud in curatione obſervandum, qvod opportunum eſt. Hoc ʼευκαιρίαν Medici dicunt; Καιρὸν ὀξὺν vocat Hipp. *lib. 1. aph. 1.* eſtq; medendi occaſio, qvam Heurnius *comm. ad hunc aphor.* curationis animam vocat. Hanc præprimis principium ſubmintſtrat, deinde augmentum; id qvod Heurnius Pleuritidis exemplô ibi confirmat. *Ut rectè Medicinam facias, rectè medendi momentanea interdum eſt occaſiò, & captu difficilis: qva elapsâ, inclinatio fit ad mortem, vel ad deterius. Ut ſi qvis laborarit ex Plevritide primo ferè die, niſi ſecetur vena,*

 concla-

conclamatam erit: nam jam influxit ſangvis in coſtarum membranam, nec ita, ut prius, dum influebat, averti poteſt phlebotomiâ. Reliqva morborum tempora occaſionem agendi parciùs ſubminiſtrant. Creſcente enim morbô creſcit prohibentium numerus.

IV. MORBILLI.

24 VAriolæ & Morbilli eaſdem in Practicorum libris ſedes inhabitant. Qvamvis enim in multis differant, qvia tamen in non paucis, præprimis in curandi modô, qvi in principio, anteqvam exeunt, penè idem in Variol. & Morbillorum curatione eſt, ideò unam ipſis ſedem aſſignant autores. Thomas Willis *Medicus Oxonienſis ingenioſisſimus Diatrib. de Febr. p. m. 195. Variolis,* inqvit, *adeò affines ſunt morbilli, ut ſeorſim ab illis tractari ap. pleroſq; autores non meruerint, qvin utriusq; affectus ſimili modô & methodo unâ tradantur. Eſſentia & curatio qvoad minus ſive accidentaliter ſaltem differant.* Dn. D. Langius *Miſcell. curioſ. Medic. 34. §. 9.* hoc ait: *Primùm hoc edicimus, nullam nos inter Morbillos & Variolas diſcretionem hîc obſervaturos, qvòd unam eandemq; curandi depoſcant methodum, ac præterea tam morbilli, qvàm Variolæ ſunt eruptiones, in eo tantum diſcrepantes, qvòd vel minus vel magis appareant, aut elevatæ exiſtant atq; emineant, vel qvòd illi ſicciores ſint, hæ verò humore pleniores.*

25. Morbilli dicuntur qſ. parvi morbi, vel qſ. parva geſtis. Peſtem enim antiqvitùs Morbum fuiſſe vocatum autor eſt Mercatus: ac Italis etiamnum il morbo

morbo in ſpecie peſtis dicitur. Sed ſi Morbilli ſunt parvuli morbi, qvî erunt parva peſtis, qvæ ſanè morbum includit maximum? Reſpondet Meritiſſimus Vir Dn. D. Sebizius: *Sciendum morbillos parvos vocari morbos, non cauſæ ratione, quæ qvandoq; ſatis eſt vehemens, aliqvando etiam maligna & venenata; ſed ratione figuræ & qvantitatis, qvoniam ſub ſpecie parvâ in cute nonnunqvam efflorescunt.*

Morbilli, ſecundum prælaudatum Virum, ſunt maculæ rubræ ex tenui ferventiq; ſangvine in vaſis ebulliente, qvi à Virtute expultrice ad cutem criticè motus eſt, in cute genitæ, ut noxius ſangvis à bono & utili ſeparetur. Exprimitur hac in definitione 1. *Forma*, qvod morbilli ſint maculæ. Loqvimur de ſalutaribus; qvæ freqventiores, inqvit ibid. *Materia* ſangvis tenuis & fervidus, qvi bilioſus. Et hic proxima eſt materia. Remota eſt ſeminarium à ſangvinis menſtrui impurâ portione partibus implantatum. *Efficiens* vis expultrix. *Finis* defæcatio ſangvinis. *Subjectum* cutis. 6. *Modus generationis* eſt, cum ſangvis fervet, & κριτικῶς vitioſa illius portio à Naturâ excernitur. 26

Non omnia huc trahimus, qvæ de Morbillis dici poſſunt. Dici autem poſſunt permulta, eaq; in abſolutiſſimo ſuo de Variol. & Morbillis Tractatu Vir nunqvam ſatis laudandus Dn. D. Sebizius plenô calamô ad communem ſententiam expresſit. Qvæ verò præſentis casûs reſolutioni inſerviunt, non negligemus. 27

28. Nonpoſſumus tamen non ſingularem Morbillorum cauſam, qvam *Vir ſingularis eruditionis* Dn. D. Langius *Prof. Lipſ. olim meritiſſ. diſp. de Morbillis 1660. Lipſiæ habitâ* (qvæ jam inter ejus miſcellanea curioſa Medica ſuperiori anno denuò edita penultimum tenet locum) & cum eo recentiores alii ponunt, in gratiam Lectoris adducere. Iſte morbillos animatam ac innumerorum minutiſſimorumq; vel atomorum adinſtar inſenſibilium vermiculorum à malignïſſimô eximiæ corruptionis fermentô ortorum pullaginem ſtatuit, non modò ſolertiſſimi Kircheri, Viri in inveniendis Naturæ arcanis ut ſagaciſſimi, ita feliciſſimi, experimentis, qvibus in elegantiſſ. ſuo *Scrutinio Phyſico-Medico Peſtis* omne putridum ex ſe & ſuâ naturâ vermes generare, ipſamq; peſtem ab excellenti putredine oriundam animatam eſſe probat, ſed & ſuis confirmatus, qvòd ſangvinem corruptum ex naribus, nec non humorem putridum apertis puſtulis exſtillantem; item excrementa alvi per ſymptomaticam diarrhæam egeſta in iis, qvi morbillis affligebantur, verminoſâ progenie confertim ſcatere, Smicroſcopii adminiculô deprehenderit. Robur his addere videtur robore minimè pollens ſangvis malignè febricitantium, qvem Kircherus & Petrus à Caſtro vermibus ſcatere obſervarunt. Ille *l. c. p. 240.* hic *Tr. de Febr. malign. puncti c. p. 13.* Item Riolanus *Enchir. Anatom. pag. 142.* Pollicem his premunt Aug. Hauptmann in Wolckenſteiniſchen Waſſerſchatz pag. 203.

203. Kergerus *de Ferment. pag. 56. & 99.* Vermes ſub
variolarum cruſtis repertos eſſe Sennertus qvoqve
Tr. de Infant. curat. part. 2. cap. 2. tradit. P. Borel-
lus non in Variolis tantum, ſed & in Syronibus, Ser-
piginibus, ſcabiebus & aliis morbis cutaneis vermi-
culos latere ſcribit *Obſerv. Smicroſcop. 31. & 32.* item
Obſ. Medico-Phyſic. 82.

Verum (liceat pauliſper pace Lectoris extra 29
oleas vagari) hanc de Vermibus obſervationem
beneficiô Smicroſcopii datam in dubium vocant
alii. Et qvid. Mart. Schoockius *lib. de ferment.
cap. 25. pag. 451* *Ut Smicroſcopium,* inqvit, *res exiles
facit grandeſcere; ita grandior ſpecies, juxta qvam
viſui ſeſe res minimæ exhibent, ſæpè juxta analogiam
duntaxat explicanda eſt, adeòq; mox non debent haberi
vermes, qvæ interveniente vitreo inſtrumento illorum
faciem referre videntur. Interim non usq; adeò ſum
incredulus, ut fidem derogem illis, qvi ſubinde venâ ſectâ
unà cum Sangvine prorupiſſe vermes perhibuerunt* (vid.
Borellus Cent. 3. obſ. 4.) *ſed ut hoc referri debet ad
rarò contingentia, ita non eſt putandum, febricitantium
ſangvinem totum ordinariò vermibus ſcatere. Eâdem
enim ratione poſſes concludere omnes febres originem ſu-
am trahere à vermibus, eò qvod annô 1659. obſervatum
tale qvid Hafniæ in Daniâ fuerit, teſte Excell. Bartholi-
no obſ. cent. 6. Hiſt. 29.* Huic ſuccinit Dn. D. Simon 30
Pauli *Medicus Regius & Profeſſor in Acad. Hafnienſi fa-
migeratiſſ.* qvi cum Sal potiſſimum materiale prin-
cipum aut ſubjectum omnium colorum eſſe ſta-

tuat, ad hoc qvoq; obſervationes iſtas *Qvadripartit.*
Botan. claſſ. 3. p. m. 343. ita reducere non dubitat:
Utut Smicroſcopia nobis inſerviant ad multos præclaros
uſus, tamen ſine ullo partium ſtudio falsò nobis eandem
repræſentare in ſangvine humano vermes omninò mihi
perſvadeo, ob varias modô dicti ſalis volatilis figuras
hiſpidi, hirſuti, ſetoſi, ſabuloſi, cubiformi &c. adeò vero
teneri, ut omnem ſensûs captum eludat, *& qvod ma-*
ximum pro me argumentum, qvòd unâ aut alterâ ho-
râ poſt emiſſionem ſangvinis demum id ſe in con-
ſpectum det *beneficio Smicroſcopii. Nam longè rationi*
congruentius eſt defendere Sal in ſuperficie ſangvinis hu-
mani roris vel pruinæ adinſtar, ubi is nempe ſangvis probè
perfrixit, & effloreſcens minutulos vermiculos falsò re-
præſentare, qvàm adſtruere, modò deſcriptum Sal vola-
tile vel vivos aut mortuos eſſe vermes. Usq; ergò,
dum qvis non obſervaverit imaginarios illos vermes lo-
co & qvid. ſpontaneo voluntario aut proprio motu mo-
veri, ceu cyrones ex cute exſculpti ſcabie infeſtatarum
manuum pedumve ſuper nitidisſimo ſpeculô, errant nullâ
ratione in duci poſſum, putem : ut Clariſſ. SCHOCKIUS
loqvitur, ſed refutans KIRCHERUM, febricitan-
tium ſangvinem totum ordinariè vermibus ſca-
tere.

31 Doctiſſimus Langius ſanè ex illâ Kircheri hy-
potheſi omne putridum evadere verminoſum,
ſangvinemq; in febribus putridis usq; adeò cor-
rumpi, ut animatus fiat, ſuam in hoc themate aſ-
ſertionem adſtruit. Verùm an in medio vitæ ter-
ritorii

ritorii ſive in vaſis ipſis, qvin & in Morbillis omnibus in verminoſam progeniem degeneret ſangvis (pace tanti Viri, eorumq; qvi caſtra ejus tenent) nos ipſi qvoq; ſubdubitamus. Licet enim humorem putridum apertis puſtulis exſtillantem verminosâ progenie ſcatuiſſe Smicroſcopiô adhibitô deprehenderit, dubium tamen redit 1. annon eod. demum in loco, ubi obſervati, nim. in cute, qvæ excrementorum qvoq; receptaculum audit, ex materia ibi ſubſiſtente fuerint pronati? 2. Eccur figuram motumve vermiculorum rei novitate permotus non deſcripſit? 3. Si per peculiarem ſangvinis in Var. & Morbillis ebullitionem intelligenda ex ejuſd. mente excellentior putredo, ſeu maligniſſimum eximiæ corruptionis fermentum, omnes morbilli erunt maligni, qvia eadem generationis principia omnibus tribuuntur. Aſt aſſerto iſti 32
experientia & Medicorum decreta reclamant. 4. Seqvitur malignum illud & verminoſum excrementum, qvod totum in cute digeri non potuit, circulationis lege per venas ad Cor, & hinc per arterias ad alvum tendens, in itinere palpitationem, deliqvium viriumq; imbecillitatem inſignem parere. Sed ab his noſtrates fuerunt immunes. 5. Qvis auſit aſſerere, putridas ſangvineæ maſſæ partes per totum diſperſas (ſunt enim Morbilli morbus Univerſalis) ſimul & ſemel fieri animatas, cum nec in inteſtinis, capace putridæ materiæ ſentinâ, id obſervare liceat? 6. Si putredinis in dividuus comes
eſt

eſt verminoſa progenies, cur non omnis febris putrida variolarum & morbillorum puncticulariumqve febrium æmulatur indolem? cur non in iis verminoſa effluvia ad cutim detrudit Archeus? 7. Variolis & Morbillis freqventiùs corriperentur juniores, qvia freqvens in iis humorum putridorum collectio. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Ad morbillos noſtros revertimur.

33 Morbillorum, qvibus verno tempore nupero noſtrates corripiebantur, ea fuit ſpecies, qvam *Rubeolam* Practici vocant, de qvibus Dn. D. Sennertus *lib. 4. de Febr. cap. 12. Ad Morbillos*, inqvit, *procul dubio pertinent* die Ritteln *ſive* Rötteln/ *à rubore procul dubio ſic dicta ex anthemata, qvæ ſunt tubercula puſilla rubea cum calore & tusſi invadentia, ac aliis morbillorum ſymptomatibus, minus tamen qvàm vulgares morbilli, periculoſa, evaneſcunt etiam inſtar morbillorum.* Et ex Haly Abbate ſcribit ita: *Et ſpecies aliqva, qvæ vocatur Rubeola, qvæ ex ſangvine fit calidô & ſubtili, & non multum malo, & hæc ſpecies cùm ad ſtatum pervenerit, ſimilis fit milij granis aut paulò major, & ejus color rubeus, nec aperiuntur puſtulæ ſed fluunt, i. e. inſenſibiliter diſcutiuntur, & evaneſcunt.*

34 Nos qvoq; in nuperis Morbillis hoc notavimus, puſtulas qvid. exiguas & non niſi admotâ oculorum acie in iis fuiſſe conſpicuas, ſed materiam in iis, & ſine dubio in locis vicinis latitaſſe nonnihil craſſiorem, qvàm ut digeri, & inſenſibiliter tota diſcuti potuerit: minus tamen craſſa, qvàm in Variolis,

riolis, fuit, inde nec ad Variolarum morem ad ſuppurationem devenire potuit. Probat hoc ipſum 1. *largior alvi fluxus*, qvo plurimi morbillis laborantes corripiebantur. Terrorem fateor, primùm incuſſit non levem, cùm ex Primarii Viri filiis octo is, qvi primus morbillis laborare cœpit (laborarunt autem ex illis ſex) 24. horarum ſpatio decies octies humorem flavum bilioſum tenuemq;, ſine torminibus tamen excreviſſet. Nam inter prognoſtica, qvæ cladem prænunciant, alvi profluvium & raucedo, qvæ ipſa qvoq; in hoc morbo plerumq; conſociata fuit, referuntur. Expertus etiam id eſt Foreſtus *lib. 6. Obſerv. Medic. 45.* ubi de Variolis & Morbillis pueros paſſim apprehendentibus agit. *Pueri*, inqvit, *qvam plurimi, qvi eodem tempore ex morbillis decumbebant, & Variolis, ſi fluxu tenerentur, difficilius ad ſanitatem perveniebant.* Qva de cauſa purgantibus, laxantibus, ſuppoſitoriis, imò clyſteribus qvoqve, licet contumacius alvi ſuppreſſio perſiſtat, tragicis qvibuſdam exemplis motus D. Langius in hoc affectu abſtinet. Verùm iſta Diarrhæa ſive excretio noſtris ſalutaris fuit, & ad votum ſanitati afflictos reſtituit. Similia exempla eorum, qvibus ita decumbentibus emolumento fuit alvi fluxus, *Excell. & Experientiſſ.* Dn. D. Andreas Mackius *Perilluſtris & Generoſisſim. Comitis in* Schwartzburg *&c. Medicus Aulicus doctisſimus, Fautor Amicus* in Unterricht von Kindsblattern und Flecken p. 31. & 32. annotavit. 2. *Macularum poſt abſolu-* 35

tam

tam morbillorum hiſtoriam recurſus. Fuerunt, qvibus affectus iſte valedixerat, ubi in balneis, vel in ſomnô, vel ex vini potu incaluerant, maculas in facie temporaneas retulerunt, qvia ſcil. calor fermentationis æmulus morbillorum reliqvias ad ambitum corporis iterum protruſerat. Affectus hujus utramq; , qvod dicitur , paginam filius Viri cujuſdam honeſti cum omninò abſolviſſet, maximos ex improvisô abdominis cum ejuſdem adſtrictione qvaſi convulſivâ matutino tempore incurrit cruciatus, qvos clyſtere profligavimus. Datô ad nutum meum à meridie frigidioris cereviſiæ, qvam expetebat, hauſtu ſomnus ſub lectô obrepit ſvavis, in qvo rubram à recurrente morbillorum materiâ tinctam faciem conſpiciebamus. 3. *Inſeqventium affectuum incurſus.* Qvibus largus Morbillorum proventus ſine tamē vel alvi vel hæmorrhagiæ beneficiô fuerat, à novis malis, puta à colicâ, plevritide , febribus , ſcabie deinceps non fuerunt immunes, Evaſerunt autem mala omnes, qvi Medicinâ, potiſſimum purgante, morbillorum reliqvias extraxerunt. Iſtam Ægræ qvoq; propinandam meditabatur Medicus, ſed provenientis Morbi atrocitas propoſitum invertit. Totalem qvidem morbillorum eruptionem narium ſtillicidium præceſſerat, ſed exigui, adeoq; nullius illa fuit momenti. Ex qvibus omnibus conſtat, iſtam Morbillorum expulſionem Criticam qvid. fuiſſe, ſed infidam & apparenter bonam. Plura Morbillorum iſtorum hiſto-

hiſtoriam concernentia dabit Caſus Medicinalis.

V. BENIGNUM.

Addo & EPIDEMIUM. Inter acciden- 36
tales morborum differentias à cauſa petitas ea qvoq; occurrit, qva morbus alius benignus, alius malignus ſtatuitur. Qvia enim cauſarum indoles vel benigna eſt vel maligna, ideò ejuſd. indolis hinc qvoq; oriuntur morbi. *Benignus* eſt, qvi nihil gravium ſymptomatum ſupra propriam naturam habet, ut febres intermittentes, intemperies ventriculi. *Malignus*, qvi pejora, qvàm pro ſuæ naturæ ratione ſymptomata ab occultis qvalitatibus dependentia habet, ut febres petechiales, malignæ, dyſſenteria maligna.

Cauſa prout eſt vel univerſalis vel particula- 37
ris, ita etiam diſtinctos parit morbos. Hinc enim alii dicuntur σπωραδικοὶ ſeu *ſparſi*, qvum à diſtinctis cauſis in diſtinctis ſubjectis diſtincti hinc inde notantur morbi, ut febres, calculus, catarrhus &c. alii πανδήμιοι ἢ κοινοὶ *communes* qvi communem agnoſcunt cauſam, & plures in unâ regione eodemqve tempore affligunt. Suntq; vel ἐνδήμιοι ſeu *vernaculi*, qvi regioni alicui ita familiares ſunt, ut vernaculi facti nunqvam ab eâdem totaliter ſecedant, ut eſt Scorbutus maris Balthici accolis, Plica Polonis, Bronchocele Alpinis, Tabes Luſidanis, Lues Venerea Indis: vel ἐπιδήμιοι, qvi à cauſa qvid. communi, non tamen vernacula originem ſortiuntur, & plures

plures eod. tempore invadunt, ut febres petechia-
les, febres Ungaricæ, dyſſenteria.

38 Morbilli nuperi & benigni & epidemii fue-
runt. *Epidemij* fuerunt, qvia à communi,
non tamen vernaculâ causâ orti, qvam ſine du-
biô dederunt præcedentis hyemis & ſubſe-
qventis veris mutationes variæ, humidiora & alia
corpora vario morborum apparatu inſtruentes &
ad fermentationem occaſionem ſubminiſtrantes.
Stat n. ſententia Hippocratis *lib. 3. aph. 3. Mutatio-
nes temporum potiſſimum pariunt morbus, & in ipſis tem-
poribus magnæ mutationes aut frigoris aut caloris, & a-
lia pro ratione eod. modo.* Ægritudo illa vernô orta
fuit tempore, qvo, ut Galenus *comm. 3. aph. 20.* lo-
quitur, τὸ βάθος τοῦ σώματος ἐκκαθαίρεται &c. *pro-
fundum corporis expurgatur, vitioſis humoribus à partibus*
39 *principalibus ad cutem pervenientibus.* Affecit autem
pueros præprimis, deinde virgines, juvenes & mu-
lieres, non omnes, ſed qvibus humidior, laxior,
rarior & mollior fuit corporis compages, qvia hæc
facilius & movetur, & contagii ſeminibus præbet
aditum. *Benigni* fuerunt, qvia nihil malignitatis
obvia in his ſymptomata præ ſe tulerunt *vid. N. 133.*

Obiicis: Si Morbilli 1. ſunt parva peſtis. 2.
40 Contagioſi, qvî erunt morbilli benigni? Reſp. 1.
morbillos dici peſtem parvam [1. Qvia peſtis in modum
latè ſæpè graſſantur. Sic referente Foreſto *lib 6.
obſ. 41.* Anno 1551. Alemariæ Variolæ & Morbilli
ita populariter ſunt graſſati, ut vix puer aliqvis in
urbe

urbe ab iis fuerit immunis. Non tamen propterea, qvia peſtis in modum tumultuantur, & epidemii ſunt, malignitatem inde colligere licet. Nam & febres tertianas, tuſſim, raucedinem mala epidemia fuiſſe, patria noſtra nuper eſt experta. Affectus tamen illi malignitatis fuerunt expertes. (2. qvia peſtem ratione malignitatis qvandoq; æmulantur, & in hominum vitam ſæviunt. Non tamen omnibus malignitatis characterem eſſe impreſſum experientiâ edocti Practici teſtantur, adeòqve qvia non omnes vitæ noſtræ inſidias ſtruunt, non omnes ſunt maligni. (3. Qvia gravius Itali, & cum his alii temperamentô in regionibus calidioribus calidiore præditis à morbillis affliguntur, parvam peſtem illos appellitant: Septentrionalibus vero frigidiori temperamento & cœlô præditis iſti ſunt benigniores, ut cur peſtis nomine nos qvoq; morbillos omnes indigitare velimus, prægnantem non habeamus causam, præſertim cum ſalutares ſint freqventiores malignis & lethalibus. *vid. ſupr. N. 26.* Imò Steph. Roderic. Caſtrenſis Medicus Luſitanus *Opuſc. Qvæ ex qvibus lib. 3. cap. 15.* ſcribit Morbillorum materiam eſſe tenuem, ſed facilem: *propterea,* inqvit, *febrem qvidem excitat valde magnam, non tamen pernicioſam niſi admodum morboſus ſit in corpore apparatus qvippe humor tenuis ingentem excitat flammam, ſed qvæ non magno negotio diſcutitur.*

II. *Contagioſos* fuiſſe morbillos nuperos largimur. Modum contagionis eleganter exprimit 41

C Thom.

Thom. Willis *diatrib. de febr. cap.15. de Var. & Morb.*
p.m. 184. Scilicet à corpore infectô continuò decedunt
effluvia, qvæ ab aliis corporibus ſuſcepta ſtatim inſtar
veneni cum ſangvine fermenteſcunt, & ſemina ejusd. af-
fectus latentia ipſisq; homogenea ſuſcitant, & in hujus
morbi ideam diſponunt: nec ſolùm contactu, ſed ad di-
ſtans miaſma communicatur. Qvi intra easdem ædes
aut in ægrotantium viciniâ degunt, facilè labem ſuſci-
piunt: nec non & veſtium interventu fovetur, longiùs
diſſipatur & ad remota transfertur loca. Qui ſunt con-
ſangvinei, alterutros citiùs inficiunt: etiam qvi ſunt
timidi & maximè hunc morbum perhorreſcunt, in eum
promptius incidunt: timore enim miasmatis particulæ à
42 *ſuperficie corporis intus convehuntur.* Adultiores no-
vimus, qvi ex converſatione cum ægris morbillo-
rum qvoq; nuper contraxerunt ſeminia. Sed le-
vior fuit in his ægritudo, ob corporis ad ſuſtinen-
dum contagium ineptitudinem. Verùm ex con-
tagio non licet inferre malignitatem. Nam & Sca-
bies, phtiſis, tinea, affectus ſunt contagioſi, qvos ta-
men malignitatis neutiqvam Medici accuſant. Ne-
qve omnes, qvi contagioſi ſunt, malignos eſſe Th.
Willis ipſe l. c. fatetur. *Nec tantum,* inqvit, *hic af-*
fectus ob has cauſas (contagium & aeris peculiarem
diſpoſitionem) *crebrior & epidemicus evadit; ſed &*
multiplicem adipiſcitur naturam, ut Variolæ qvandoq;
ſint lethales & velut peſtiferæ, qvandoq; mitius & beni-
gnius ſe habeant.

VI. PLEV-

VI. PLEVRITIS.

Nomen πλευρῖτις patriâ qvidem Græcum, Romanâ tamen civitate donatum à parte 43 affectâ, ſive ἀπὸ τῆς πλευρᾶς, ſive τοῦ πλευροῦ, ſive τῶν πλευρῶν ambigui ſenſûs vocibus ducit: jam enim membranam thoracis côſtas ſuccingentem, jam latus in genere, jam lateris in thorace coſtas ſonant. *Definitur* Plevritis, qvòd ſit inflammatio Plevræ & adjacentium muſculorum ab influxu humoris fervidi exorta cum dolore lateris punctorio, tuſſi, reſpiratione difficili, febri continuâ acutâ, pulſu duro inæqvali & freqvente. Jonſtonus *Ideæ Medic. lib. 9. cap. 2.* *Subjectum* ſive pars affecta eſt Plevra, qvæ eſt membrana ſenſu pollens exqviſitiſſimo, omnes thoracis partes internas includens, & omnibus membranas impertiens inſtar Peritonæi, qvæ undiqvaq; coſtis omnibus ſubtenſa firmiter applicatur oſſeis partibus, & Diaphragmati. Riolanus *Enchirid. Anatom. lib. 3. cap. 8.* Non 44 ſola Plevra hìc afficitur, ſed etiam contigui muſculi intercoſtales interni. Adeò enim tenaciter illis adhæret Plevra, ut vix illacerata ab illis ſeparari poſſit: ideoq; rationi conſonum videtur Dn. D. Sebizio *Specul. Medicin. Pract. tom. 1. part. 3. ſect. 3. cap. 6.* plevrâ inflammatâ unà qvoq, muſculos illos inflammari. An autem Pulmo qvoq; in omni Plevritide inflammetur (qvod malum Plevripnevmoniam vocant) uti qvid. ex recentioribus Zecchius

conſult. Medic. 26. primus Hippocratis autoritate, fretus, qvem alii hodie qvoq; ſeqvuntur, nos, qvia brevitatis ſtudium ſectamur, hoc & plura alia inſtituto noſtro non inſervientia qværere fugimus. Siniſtrum tamen pulmonum latus inſuper in Ægrâ fuiſſe inflammatum, ut negemus, nobis ſit religio: cùm ob ſingularem, qva gaudent, diſpoſitionem, facile Pulmones, præprimis ſi naturâ ſunt imbecilliores, incendium capere & dolere qveant, ſcribitqve Zecchius *l. c. ſe in ſectione demortuorum eorum, qvi certè Pleuritide periiſſe judicati, non membranam hypezocotam inflammatam, ſed pulmones cum ſuâ mem-*
45 *branâ laceratos & corroſos obſervaſſe.* *Cauſa proxima* eſt influxus materiæ fervidæ ſeu ſangvinis vel puri vel impuri. Th. Willis *de Febr. cap. 2. & 11.* ſingularem aſſignat cauſam, nim. coagulatam ſangvinis partem à tenui ſecretam & in extremitatibus venarum defixam, ob qvam, qvia ſangvis idoneè circulari neqvit, effervescentia ſolitò major in ſangvine concitatur. *Cauſa remota* ſunt omnes cauſæ, qvæ ad generationem proximæ faciunt, qvorum Catalogum Practici tradunt. *Ut autem ſeu ſangvis abundans, ſeu vitioſi humores ad pectus fluant, & actu Pleuritidem excitent, facit pectoris debilitas ad materiam affluentem facilè ſuſcipiendam apta vel à primô ortu, vel à morbo aliqvo contracta, calor aut dolor attrahens. Huc faciunt, qvæ ſangvinis ad latus affluxum concitare valent, ictus, caſus, contuſio pectoris, vehemens exercitium, æſtus humores fundens, frigus exprimens, ve-*

ni meracioris ingurgitatio, potus frigidi. Sennertus *lib. 2. Pr. Med. part. 2. cap. 16.* de Plevrit. Nos addimus & Tuſſim. Pulmonum adſcititiam & hæreditariam in Ægrâ adfuiſſe debilitatẽ, qvamvis probatu ſit facile, ſtudiosè tamen prætermittemus. Ad Tuſſim reſpicere placet.

Tuſſim individuum Morbillorum comitem & pediſſeqvam fuiſſe in caſu N. 135. diximus. Morbilli enim reſpirationis potiſſimum inſtrumentis, Variolæ autem ſenſuum organis plurimum ſunt funeſtæ. *Excellentiſſ.* Dn. D. Fehr *Medicus Svinfurtenſis experientiſſ. Anchoræ Sacr. pag. 81.* Sicca fuit tuſſis, qvia calida & acris materia tam ante, qvàm poſt morbillorum eruptionem pulmones occupavit, & ad excretionem irritavit. Natura qvid. vehementi ſpiritus efflatione ejusq; erumpentis impetu qvicqvid acrimonia aut obſtructione moleſtum erat, expellere conabatur: qvod tamen qvia vel tenacius fuit, laborem eluſit; vel tenue nimis, licet Spiritûs vehementia nonnihil ſublevaretur, mox relapſum ſedem antiqvam repetiit. 46

Variolæ cùm internas partes æqvè autem externas occupent, qvis de Morbillis idem negabit, cùm eadem ſit ſegregationis & excretionis ratio in utrisq; ? Illud teſtatur Avicenna *lib. 4. fen. 1. tract. 4. cap. 6.* Fernelius *lib. 2. de abdit rer. cauſ. cap. 12.* Paræus *lib. 19. cap. 1.* Augenius *lib. 9. de febr. cap. 2.* Steph. Rodericus Caſtrenſis *Opuſc. Quæ ex qvibus. lib. 3. cap. 16.* Sennertus *lib. 4. de febr. cap. 12. ob-* 47

ſervatum eſt, inqvit, *qvibusdam à morte diſſectis, pulmones, jecur, lienem, aliaq; interiora haud ſecus atq; cutem ſordidisſimis papulis ſcatuiſſe.* Vid. eund. *Tr. de Infant. curat. part. 2. cap. 2.*

48 Morbillorum, qvos tractamus, Epidemiorum cauſam ad corporis ambitum detruſam, qvia partim craſſior juſtò fuit, non omnem fuiſſe diſcuſſam, ſed ad internas partes regreſſum feciſſe probavimus N. 34. Hanc g. tenacius ſibi inhærentem, cùm validiſſimô etiam Spiritu excutere non valerent pulmones Ægræ ad exſcreandum impotentes, tuſſiendi laborem continuare ſunt coacti, indeq; agitatâ à tuſſi materiâ calidiore plevriticum malum vel immediatè, vel mediatè, febris primariæ ope, fuiſſe ſubortum qvis mirabitur? *Tusſis valida pectoris pulmonisq; partes calefacit, ideoq; febrim accendit & ſitim auget.* Sennertus *lib. 2. Pract. Med. cap. de Tuſſi progn. 3.* Accenſa tuſſi validiore febris acuta continua ante inflammationem plevræ primaria ſalutatur: ſed qvæ inflammationem ſeqvitur, ſymptomatica. Th. Willis verò omnem Plevritidem febris productum eſſe contendit.

49 Sed forſan Plevritide Ægra non laboravit? Reſp. forſan delirarunt omnes, qvi ita Viduo imponere voluerunt. An qvia vocatus demiſſo vultu, meditabundâ fronte, peripateticô gradu moram non duxit, Morbi ſpeciem Evandrum non penetraſſe & operationem temerè mox præcepiſſe exiſtimabunt? Hoc temeritatis jaculum hæc & inferius

rius dicenda in temerarios autores ipſos reverberabunt. Obſcuritatis velô ſanè ſi involuti latent morbi, eorumq; cauſæ, Medicum qvæſtionarium eſſe decet (hoc dicterio ſupra laudatus Dn. D. Beckerus in Prælectionibus utebatur) ut, qvia difficilis eſt *διάγνωσις*, per qvæſtiones varias velum illud tandem removeat. Sed ſi abeſt, morbiq; evidentia adſunt indicia, qvid opus eſt verbis? qvid mora? Abeſſe illud, adeſſe hæc in Plevritide, idemqve in Dyſenteriâ ipſius Galeni verbis teſtatur Magnif. Dn. D. Rolfinck *Medicin. Special. pag. 148. Nonnunqvam,* inqvit, *prædicendi via ſentibus obruta, nonnunqvam plano decurrit calle.* ἡ διάγνωσις νοσομαντικὴ ποτὲ μεν ἀποδεικτικὴ, ποτέ μεν στοχαστικὴ *dignotio nonnunqvam ſcientifica, demonſtrativa, nonnunqvam conjecturalis.* In plevritide & dyſenteria, autore Galeno, eſt ἐπιστημονικὴ, ὡρισμένοις σημείοις γνωριζομένη. In aliis στοχαστικὴ &c. *conjecturalis agnitio eſt, ac ſolis iis inveniri potis, qvi exactè cujusqve morbi propriam curationem norunt.*

Signa Pathognomonica, qvæ omnem Plevritidem produnt, ipſiusq; ideam exhibent, ex Galeno 50
Dn. D. Sennertus adducit ſeqq. 1. *dolor lateris eſt acutus*; qvalis in membranis fieri ſolet. 2. *febris continua* ex phlegmone in locô cordi vicino accenſa. 3. *reſpiratio difficilis, freqvens, parva*, qvia ob inflammationem & dolorem inſtrumenta reſpirandi ſatis diſtendi neqveunt. 4. *Pulſus eſt durus, parvus & freqvens*, ob tenſionem arteriæ, & qvia membrana

na dura & denſa inflammata non permittit arterias ita diſtendi, qvemadmodum calor & uſus id reqvirit. 5. *Tuſſis ægro valdè moleſta*, tum ob tumorem plevram occupantem, tum ob portionem materiæ pulmoni communicatæ. Jam concludimus: Ubi ſigna Plevritidis propria, ibi Plevritis ipſa eſt. In Ægrâ autem illa omnia fuerunt. Ergò.

51 2. Id, qvod Maritus ipſe Evandro dixit, jam ſuccurrit, ſeipſum nim. ſerratum pulſum in Ægrâ deprehendiſſe. At vero talis in Plevritide reperitur, eumq; Plevræ inflammationem indicare ſcribit Galenus 4 *de cauſ. pulſ. cap 12.* Idem D. Sennertus expreſsè tradit. *Inſtitut. vero Medicin. lib. 3. part 1. ſect. 4. cap. 15.* *Serratus pulſus*, inqvit, *nec ipſe bonum ſignum eſt, & internam inflammationem magnam indicat, à qva niſi fortis ſit virtus, æger non facilè evadit.* Et Dn. D. Mœbius *Inſtit. Medic. lib. 3. part. 1. ſect. 4. cap. 7.* *Hic pulſus*, ait, *dat augurium lethale: notat enim inflammationem internam periculoſam, ſeu inſignem tumorem ad ſuppurationem tendentem.* At vero nulla, præter Plevram, pars nominari poteſt, qvæ fuerit inflammata. Ecqvid? An calorem præternaturalem, dolorem punctorium, deliria, pulſum durum, ſerrantem &c. ſangvinis detractio-
52 ni adſcribere placeat? Riſum teneatis Amici Medici.
3. Taceo Poliatri noſtri meritiſſimi Teſtimonium infra N. 128. legendum, qvod qvi in dubium vocabit, temeritatis & impudentiæ notam non effugiet. Unicuiq; enim in ſuâ arte eſt credendum. Et Medico

dicò atteſtanti de qvalitate Morbi plena fides adhiberi debet. Paul. Zacchias *Qvæſt. Medico. Leg. tom. 3. deciſ. 84. n. 10.* Idem jam olim ſacratiſſimus legislator Juſtinianus Imperator imperavit, qvando *arg. l. 12. ff. de ſtat. hom.* credere juſſit autoritati Hippocratis ut Medici doctiſſimi. Inde Juſtitiæ Sacerdotes etiam in criminalibus Medicorum doctiſſimorum judiciô nituntur. Sua nim. cuiq; Facultati eſt Lyra, qvam ſi alterius fori incola imperitis manibus tractare audet, audire cogitur illud: Qvid Aſinus ad Lyram? Ne ſutor ultra crepidam. Horatius *lib. 2. epiſt. 1.* ſcitè canit:

Navem agere ignarus navis timet: Abrotanum ægro
Non audet, niſi qvi didicit dare: qvod Medicorum eſt
Promittunt Medici: tractant fabrilia fabri.

Abludere ergò, Viduumq; graviſſimo luctu turbatum deludere triobolares iſti, ſtrenui Satanæ buccinatores tandem deſinant.

Sed ut ſapere videantur, hos obvertunt arietes. 53
I. Si Plevritis adfuit, cur g. dolor in eod. loco nõ mãſit fixus, ſed vagus & ambulativus modo ſuperiora, modò hypochondriorum confinia cruciavit? Reſp. Dolorem ſemper in uno locô in Plevritide eſſe fixum, Practici non ſtatuunt, qvin imò contrarium aſſerunt. Ita Sennertus: *Dolor lateris acutus ad vicinas partes, nunc verſus jugulum, nunc verſus hypochondria extenditur, qvod membrana hæc totam thoracis cavitatem inveſtiat.* Idem experientia confirmat. Rulandi ſolius, Medici πολυπειροτάτȣ,

adducam. Qvidam *inqvit Cent. 2. obſ. 25.* annos 32. natus in Pleuriticum morbum incurrit: exercuerunt enim illum febris acuta, dolor punctorius modò ad jugulum, modò ad præcordia tendens &c. *Cent. 3 obſ. 18.* Caupo qvidam in pago circa ætatis annũ 50. ſæviſſima Plevritide correptus fuit, dolore punctorio valdè moleſto ad hypochondrium & claviculam ſe extendente &c. Hæc ille. A partis nim. affectæ conditione ratio diffuſi doloris petitur. Nam Plevra non exiguis continetur terminis, ſed magna eſt, cum multis habens connexionem. Vid. Riolanus ſupra N. 43. Neq; Pauci in Plevrâ occurrunt ſangvi ductus. *Vaſa*, inqvit, C. Bauhinus *Theatr. Anatom. lib. 2. cap. 12. qvæ illi nectuntur, dum ad vicinas partes abeunt, ei ramulos largiuntur, qvæ à vaſis intercoſtalibus & mammariis freqventes promanant: hinc etiam freqvens inflammatio cum magna tenſione & dolore punctorio contingit, qvando vaſorum oſcula reſeruntur, & humores elapſi putreſcunt, ac veram Plevritidem cauſant.* Itaq; ſi Plethora adeſt, præprimis impura, qvæ humores efferos ſibi habet conjunctos, humorumq; impetus in plevrã per freqventes dictos ramos contingit, inflammatio & dolor oritur, & qvid. eò major & diffuſior, qvò major eſt ſangvinis fervidi affluxus & per eam par-
54 tem profluxus. Inde utrumq; latus Plevritis qvandoqve occupat, cujus Hiſtoriam vid. infra N. 117. Confer qvoq; Nic. Tulpium *Obſ. Med. lib. 2. cap. 1.* Doloris exacerbationem parit ipſa tuſſis, qvæ com-
motis

notis in eâ reſpirationis organis illapſos in partem inflammatã humores agitat, & agitando diſtendit nunc hanc nunc illã partẽ, prout hæc vel illa impulſum experitur majorem. Si digiti inflammationem declivis exaſperat ſitus, qvia fortius in partes inflammatas impellitur ſangvis: qvidni tuſſi materiam magis impellente dolor in Plevræ inflammatione magis exacerbetur? Adhæc Pulmo exploſum per Tuſſim aerem inſtauraturus fortiùs inſpirat, novumq; inſpirando intumeſcit: inde facilè, præſertim, ſi & ipſe inflammatus in latere tumet, extremitate ſuâ ferit Plevram inſigniter ſæpè tumentem. Ita enim C. Bauhinus l. c. *Plevriticis poſt mortem apertis non ſolùm obſervatum fuit plevram cum Pulmonum tunicâ inflammatam, ſed & ipſam plevram adeò intumefactam, ut ſolitò decuplo craſſior fuerit, & propter hujus membranæ qvaſi mortificationem coſtæ lividæ repertæ fuére.* Imò ſi cauſa doloris in Plev- 55
ritide vera vagatur, qvidni & dolor ipſe (non idem numero, ſed qvatenus alius oritur) vagari dicatur? Iſtud Th. Willis l. c. p. m. 105. docet: *Sæpè,* inqvit, *cum pulſu debili & vaſorum ſubſidentiâ ſangvis in motu ſiſtitur, & in latere aut alibi extravaſatus, dolorem acutum infert. Imò ex unâ parte depulſus, mox in aliâ defigitur. Qvandoq; in ipſo corde ſtagnare incipit, ibidemqve oppresſionem ſæpè lethalem inducit.* Subjungam & reliqva ejus verba lectu digniſſima: *Qvare ſolent Plevritici nonnulli, cum dolores evanuerunt, de inſigni gravamine & velut pondere circa cordis regionem*

nem defixo qveri: cumq́; ex hujusmodi affectibus obeuntium cadavera aperuimus, in cordis ſinubus & vaſorum circumcirca cavitatibus ſangvinem in fruſtula & glomeres oblongos concreviſſe vidimus.

56 II. Si Plevritis illa ſpuriam eſt mentita, ut non nemini ita loqvi placuit, vera ſine dubio illa non fuit? Reſp. Ne & hîc ſcrupulus oboriatur: altius mentis remigium librabimus. *Plevritis* alia vera eſt & exqviſita, alia notha ſeu ſpuria. *Vera* vel eſt *legitima*, qvæ puræ fluxionis ſangvineæ ſoboles: vel *illegitima*, qvæ oritur, cum ſangvini alii etiam admiſcentur humores, unde plevritis vel bilioſa ſeu eryſipelatodes, vel pituitoſa, vel ſeroſa, vel melancholica audit.

57 *Nothæ* varias cauſas recenſet D. Sennertus *lib. 2. Pr. Med. part. 3. cap. 6.* ex qvibus colligimus duabus vel tribus de cauſis Plevritidem dici ſpuriam. 1. *ratione materiæ*, qvia non à ſangvine puro vel cacochymico, ſed ſine ſangvine à vitioſis humoribus & vaporibus oritur, & qvidem à defluxione humoris frigidi à capite: à flatu: ab acribus & malignis vaporibus ex putredine & vermibus elatis, ap. Riverium *cent. 1. obſ. 75.* à Scorbuticis ſeroſitatibus ap. Evgalen. *de Scorbut. Sympt. 16. obſ. 66.* D. Drawitz in Unterricht von Schmertzmachenden Scharbock/*tit. 7.* à ſerô turgente corrupto, ap. Nobil. Dn. D. Schenckium *in hiſtoriâ ſeri Sangvinis pag. 57.* 2. *Ratione loci affecti*, qvæ in Plevritide nothâ intercoſtalium & thoracicorum muſculorum terminis circum-

cumſcribitur, ubi Sangvis ex materiâ qvid. veram, at ex ſitu notham Plevritin facit, inqvit Fernelius *Patholog. lib. 5. cap. 11.* qvanqvam, teſte eodem, à Plevritide ex ſitu notâ in veram facilè fieri qveat tranſitus, nim. ob continuitatem propaginum venarum externarum & internarum. Sic & ab externis, ut ictu, caſu, contuſione muſculorum &c. ejuſmodi lateris dolores progerminant, de qvibus Fernelius & alii. 3. *Ratione Symptomatum*, qvæ ab exqviſitæ Plevritidis Symptomatibus partim diverſa, partim remiſſiora exiſtunt. *In nothâ Plevritide*, verba ſunt D. Sennerti l. c. p. 380. *Signa omnia, qvæ adſunt, ſunt fere mitiora. In nothâ enim Plevritide febris vel nulla vel mitior adeſt. Reſpiratio eqvid. ſi dolor ſit vehementior, parva eſt & freqvens, cùm per validam reſpirationem dolor irridetur, non tamen tam parva & freqvens eſt, ut in verâ Plevritide. Tuſſis nulla adeſt, niſi forſan aliqvid à capite deſtillet; & nihil cruenti præſertim tuſſi excernitur. Pulſus neq; tenſionem habet, neq; duritiem; dolor neq; ad jugulum neq; ad hypochondria ſeſe extendit.* Hæc qvi cum præcedentibus conferet, & qvæ in Caſu proponuntur, junget, Ægram Plevritide verâ laboraſſe non amplius dubitabit, præſertim ſi pulſum ſerrantem & deliria addet. Hæc enim in ſpuriâ Plevritide non reperiuntur. 58

Plevritis vera ſpuriã mentitur vel æmulatur, qvandoq;, non ſemper; nõ ſimpliciter, ſed 2dum qvid, nõ in totũ ſed in tantũ 1. *qvoad doloris mobilitatẽ*, qvod ex dictis 59

dictis N. 53. conſtare poteſt. 2. *qvoad doloris intenſionem*; nam & ſpuriam non raro, præprimis ſi cauſa ſit maligna, ſerumq; acre & corruptum atroces æqvè ac veram comitantur dolores. *Dolores ab humore ſeroſô plerumq; paulò acutiores ſunt, ſed febris ferè abeſt, ſuntq; vagi.* Sennertus l. c. p. 361. 3. *qvoad doloris mitigationem.* Spuriam præſertim à flatu & ſerò ortam, facilè fomenta ſola mitigant: veram qvoq; eadem ſola leniunt, ſi præſertim, ut ait Galenus *6. epid. comm. 3. text. ult.* plevritis ſit exigua & levis, neq; à magno humorum affluxu oriatur.

60 Neq; tamen ſi ad fomentorum aliorumq; ex arte adhibitorũ medicaminum uſum doloris in Plevritide verâ mitigatio ſeqvitur, ſpuriam propterea appellare licet. Eccur enim topica & externa applicantur, ſi nullum ab iis ſperamus commodum? Thonerus *obſerv. Medic. pag. 128.* cuidam plevritide verâ laboranti cum ungventò anodynô præſcripſit Emplaſtrum de Melilotô, cujus effectus, *inqvit*, in dolore punctoriô inprimis laudatus, adeò, ut cum Laphemii plevritis veluti epidemia lues graſſaretur, illius applicatio etiam agricolis communicata ad dolorem ſopiendum, id laudibus ad aſtra uſq; extulerint, & tam nobile Empl. qvaſi in cœlô uſurpandum dictitarint. Qvis ob impetratam ab iſto doloris lenitionem veram Plevritidem pro ſpuriâ venditaverit?

61 Pectoris dolores ſpurii cum ſint minus periculoſi, freqventiores autem veràq; plevritide, ſi mali-

malignos excipias, curatu faciliores, vulgus, qvod diſtingvere neſcit, ejuſdem conditionis omnes eſſe, facilè ſibi aliisq; perſvadet, & cum vitæ Trojam à Plevritide verâ expugnari videt, in admirationem raptum Medentis operationes incuſat & in opinionis ſocietatem pronos trahit. Sed his ſeqq. ex præſtantiſſimorum Medicorum monumentis præſentem Caſum attinentia porrigimus, *Plevritides ſiccæ & ſine ſputo difficilimæ*, inqvit Hippocrates *Coac. prænot. cap. 16. aph. 3. Et 1. aph. 12. In Plevritide ſi ſputum ſtatim appareat in initio intra tertium diem, brevem morbum indicat, ſin v. poſterius longum.* Atqve eam priſcis Medicis crudam vocari, in qva nihil expuitur, ap. Galenum in comm. ad hunc aphor. legimus: ἀπεπτοτάτη, inqvit, ἐφ' ἧς ὅλως οὐδὲν πτύεται &c. *crudiſſima* (plevritis) *eſt illa, in qva nihil omninò ſpuitur: ab hac ſecundum locum habet, in qva ichores tenues: tertium, in qva crasſiores jam: qvartum in qva omninò percocti ſunt.* Ex his D. Sennertus Prognoſticum tertium formavit hoc: *Periculoſisſima eſt Plevritis, in qvâ nihil exſpuitur, &c.* P. Zacchias *qvæſt. M. L. tom. 3. conſ. 40. n. 8.* ait: *Sputi expurgatio in Plevritide ſummoperè affectatur. Ex ejus enim expurgatione tota ſpes ſalutis emanat, cùm ex ejus retentione ægri ſuccumbant.* Inde qverulô uxoris ſuæ ſtatum periculoſum calamo D. Baldas. Timæus à Güldenklee Medicus Elect. Brandeb. *lib. 2. epiſt. Medic. 8. pag. 107.* Fratri ſuo his exponit: Conjux mea, dilecte Frater, plevritide dextri lateris le-

thaliter

thaliter decumbit, nec ulla ſalutis ſpes præter divinum auxilium ſupereſt, cùm & ſputum omne retineatur &c.

62 Cur autem nihil exſpuere ſit exitiale, exponit Foreſtus *lib.16.obſerv.Med.29 in Schol.* nimirum qvod partim fluxum declaret à phlegmone devinctum, partim, qvod totus (propterea qvoniam intus maneat) corrumpatur. Hæc g. ſatis nobis indicant, ſputum in hoc malo qvandoq; morbi violentiâ ſubſiſtere & ſupprimi. Si naturalis inſuper adeſt ad exſcreandum impotentia, qvalis in Ægrâ, cum valeret, fuit, qvem ſputi proventum in malo plevritico ſperare licebit? Non hic ſaliva intelligi-
63 tur, ſed ſputum. Qvæ duo licet ſæpè confundantur, hoc in loco, ſi ἀκριβῶς loqvi volumus, ſunt diſtingvenda. Salivam contenti in fundô oris interni, ambituq; lingvæ glandulis ſublingvalibus immerſi ductus ſalivales, ab inventoribus recentiſſimis Thoma Warthonô & Nicol. Stenone Warthoniani & Stenoniani dicti, eructant, quæ σίαλον ἢ σίελον Græcis dicitur. πτύσμα vero ſputum ſive ſputamen excrementum eſt tuſſiendo vel ſcreando προαιρετικῶς vacuatum. Nam qvando ſuperfluus aliqvis humor thoraci, pulmonibus aut aſperæ arteriæ moleſtus eſt. Natura illum tuſſi expellere nititur, ſputumq; miſcet, qvod dictarum partium ſignum eſt proprium, maximè in Plevritide, Periponeomoniâ, empyemate & aſthmate.
64 Dn. D. Sebizius *Manual. Pract. pag.516.* Non autem

parem

parem cuiq; ſpirabilium inſtrumentorum concedi libertatem Chriſt. Benedictus *Medicus Londinenſis Theatr. Tabidor. Exert. dianœt. 16. Pag. 16.* ſcitè exponit ſeqventibus: Hos tusſis acerbior fatigat ſine expectoratione; illis levis ſcreatus aut tusſicula materiam modeſtè ſollicitantem rejectat; his ſputa nimio ichore ſerôve perluta & retro allapsâ pulmones inani exercent conatu; illis granula pertinaciter indurata ægrè tandem ſecedere coguntur; his nativa pulmoni algidior mollities negotium irritum facesſit; illis craſis ſpiritalium validior & calentior materiæ configurationem & proventum ſine noxâ feſtinat; his dilatatior pulmonis & mediaſtini ſeu ſepti lobos ejus disjungentis motus materiam concutiendo expedit; illis pectoralium nimia ex plenitudine diſtentio vel conſtrictio ſive connata, ſive adventitia pulmonum debitam explicationem impediens motum cunctatur, aut ineffectivum reddit, *Hæc ille.* Tranſeant progno- 65
ſtica reliqva. Maximum indicium exitialis Plevritidis eſt, ſi pulſus ſummoperè durus ſit, & præterea etiam parvus atqve ob calorem freqventiſſimus. Plevriticus enim cum pulſu tali nullus ſanatus fuit. Sennertus *ex Galen. 4. de præſag. ex pulſ. cap. 5.* Plevritis poſt alium morbum diuturnumq; plerumqve lethalis. Idem. Vera Plevritis affectus eſt magnus & periculoſus, ſæpè etiam lethalis. Dn. D. Sebizius l. c. Idem affectus lethalis etiam nuper Dn. Danhauero SS. Theol. D. celeberrimo, Viro de Eccleſiâ meritiſſimo fuit.

66 Qværebatur aliqvando, *annon purgante medicamentô auxilratrices naturæ porrigere manus conveniat, ut, qvam per ſputum excernere neqvit, per alvum materiam vitioſam deponat eadem?* Reſp. dubium eſſe horum in Ægrâ uſum. 1. qvòd vires præſentes huic oneri ferendo ſint impares. Purgantia enim fortia, ſi ex affectâ parte peccantem materiam trahere velimus, reqviruntur: at ea viribus crucem figunt. Debilia vero inhærentem parti materiam non tangunt. 2. qvòd purgantia humores agitare, eos in partem affectam magis commovere, & in loca qvandoq; periculoſiora præcipitare ſoleant. Scompho olim id contigiſſe, ut à purgatione delirus interiret, ap. Hippocr. *5. Epid.* legimus. 3. purgantia ſemel exhibita non amplius ſunt in noſtrâ poteſtate, nec qva fide natura iſta excipiat, conſtare poteſt, qvin imò metum eſſe, ne periculoſum accerſant alvi fluxum. Nam *Plevritide aut Peripnevmoniâ detento, alvi profluvium ſuperveniens malum;* inqvit Hippocrates *6. aph. 16.* Ex Jac. Dovyneto refert Schenckius *l. 2. obſ. Medic. 96.* cuidam Plevritico nihil excernenti per os, ſuperveniſſe Diarrhæam & vomitum bilioſum: die 4. interiiſſe.

67 Moderatam qvid. Plevritidi ſupervenientem diarrhæam, ſalutarem eſſe poſſe, duæ, qvas Valeriola *lib. 1. obſ. 4.* recitat, hiſtoriæ eorum, qvi cum alvi fluxu evaſerunt, confirmant: imò nobilem plevriticam, cui ad ſtatum ferè immanis fluxus alvi ſupervenit, ſervatam vidit Heurnius *in comm. ad aph.* iſtum

iſtum. Verùm naturæ ipſius criticam per has vias evacuationem inſtituentis ſpontaneo motu & robore ſi ea obtingit, ſalutaris eſt, qvia non tantum cauſam antecedentem, ſed & proximam, provida & ſagax exturbare novit. Medico vero invitam & imbecillem natutam in inflammatione ad evacuationem talem dubio eventu cogere ſit religio. Ignorat enim ad via iſta ſit naturæ commoda. *Raro na-* 68
tura iſtam ſibi viam parum commodam parat Rectiùs enim atq; commodiùs thoracis affectus per ἀνακάθαρσιν, qvàm per alvum expurgantur, inqvit Jo. Viſcerus *in comm. ad iſtum aph.* D. Joh. Hayne im Tractätlein von Urin des Menſchen pag. m. 301. ſchreibet (wie es D. Faber in die Teutſche Sprache überſetzet) alſo: Die Lunge mit anhangender Lufftröhren giebt ihre Excrementa, als Phlegma und Röder/und kan nicht durch purgationes, wie andere Excrementa purgiret werden / ſondern reiniget ſich ſelbſt in ihrer Stärcke durch aushuſten und den Schweiß, dazu der Medicus mit Artzneyen expectorantibus in ihren Kranckheiten helffen ſoll/damit die Lunge vom Röder nicht erſticke. Neqve iſti viæ, qvam ad alvum purgantia patefaciunt, materiam peccantem ſe ſemper committere, fidem facit obſervatio infra N. 121. Practici 69
etiam omnes à fortibus abſtinent, lenia autem præcipiunt, & qvid. morbi initiò, qvo tempore averſio maximè deſideratur. Riverius tantùm in Declinatione purgantia ſvadet. Aug. Thonerus ol. amygd. dulcium non tantum, qvia dolorem mitigat,

ſed & purgantis inſtar alvum ſuſcitat, commendat. Et hoc Ægræ communicato conſilio fuit propina-
70 tum, ſed fruſtrata fuit expectatio. Nolo tamen reticere, ut calumniarum ſat eſſet, obtrectatorem qvendam uno die & purgans propinatum & ſangvinem detractum fuiſſe, impudicô ore evulgaſſe. Calumniatori huic Evander id, qvod experientiſſimus Crato ſuo, apponit. Qvid ille? *Vellem*, inqvit, *remedium adverſus Sycophantæ morſum doceri. Medici ad humanum morſum ſtercus humanum præſcribunt. Illud ego magno meo calumniatori appoſui, & ut DEUS illi ignoſceret, precatus ſum*, ap. Scholzium *Epiſt. Medic. 108. p. m. 182.*

VII. VENÆ SECTIO.

71 (Phlebotomia, φλεβοτομία ἀπὸ τῆς φλεβὸς vena, & p. m. τέτομα verbi τέμνω ſeco) Ignominioſam & infamem fuiſſe antiqvitùs Venæ ſectionem Romanis militibus, qvoties graviùs qvid delinqverent, adminiſtratam, Aulus Gellius *Noct. Attic. lib. 10. c. 8.* prodidit. Evandro ſub Æſculapii vexillo militanti, cùm ſacrorum Medicorum imperitis Venæ Sectione, qvam Plevriticæ ſvaſerat, delinqvere viſus eſſet, Venæ ſectio ipſa qvandam ignominiæ notam clam illo nuper inusſit. Sed ne porrò ſibi innocenti inureret, famæq; diſpendium creſceret, non ejus tantum, cujus auſpicio hactenus militavit, robore fretus, ſed & ſuo confiſus laborare & voluit & debuit.

72 Non autem jam Eraſiſtrato privigno filiæ Ariſtote-

ſtotelis aſſurgimus, nec Joh. Baptiſt. Helmontio Philoſopho, ut ſeipſum inſolenti titulo nuncupat, per ignem vacivas præbemus aures; qvorum ille ex antiqvitate, hic ætate noſtrâ, uterq; pari, ſed infelici conatu ſangvinis miſſionem damnarunt. Illum Galenus *lib. de Ven. ſect. adverſ. Eraſiſtrat. cap. 1.* hunc Galenus alter Nobiliſſ. Dn. D. Rolfinck *Medicin. Special. lib. 4. ſect. 5 cap. 19.* ſuis meritis, opinionis abſurditatem ſolidiſſimè remonſtrando, tractant. Qvamvis aliàs Helmontius nonnulla habeat, haut contemnenda, pleraq; tamen *non ſani eſſe hominis non ſanus jurat Oreſtes*, inqvit Medicæ artis decus eximium Dn. D. Conringius *introduct. in artem Medicam cap. 2. pag. 43.* Generoſi hujus remedii, 73
qvod brutus Magiſter docuit, (docuit autem Hippopotamus Plinio *lib. 8. cap. 27.* teſte) qvamvis magna ſit utilitas, brutô tamen modô ſive inconſultô & temere non eſt adminiſtrandum. Semper autem bene hæc qvatuor potiſſimum ruminanda. 1. an vena ſecanda. 2. qvibus ſecanda. 3. Sangvinis mittendi qvantitas. 4. qvando vena ſecanda.

74 I. *An vena ſecanda?* Venæ ſectionis indicans, qvod vel genericum eſt, vel ſpecificum, id manifeſtat. *Illud* effatu dignum ſangvinis eſt vitium; hoc varium & multiplex; prout ſangvis peccat vel *in ſubſtantiâ*, cum eſt putrefactus v.g. in ſynochis putridis: vel *in qvantitate*, cum ita auctus, ut vel vires gravet, vel vaſa diſtendat, ut in affectibus, qvi ejus

 ſunt

ſunt ſoboles, cujuſmodi ſynochi ſunt putredinis expertes: vel *in qvalitate*, cum fervet, v. g. in iiſd. febribus & caſibus pluribus aliis: vel *in motu*, cum impetuoſiùs ad partem vel debilem, vel calefactã, vel dolore afflictam affluit, aut brevi affluxurus eſt, v. g. in phrenitide, plevritide &c. vel *locô*, cum jam influxit, ut in iiſdem affectibus. Hinc V. S. præſidium & evacuatorium & refrigeratorium, & revulſorium & derivatorium audit.

75 II. *Qvibus Vena ſecanda? 1. Sexus & Virilis & muliebris* ad hanc evacuationem eſt aptus. Gravidas & puerperas etiam ad ſacram hanc anchoram obortâ morborum tempeſtate confugere experientia docet, ſalvo Hippocratis præcepto *5. aph. 30.* qvi de largâ ſuo ævo adſvetâ ſangvinis miſſione ibi loqvitur. 2. *Ætatem* nullam operationi iſti remorã injicere non pauci contendunt. Tenellam ætatem ſcalpello ſubmittere ii præprimis non dubitant, qvi calida meridiei vicina inhabitant climata. Zacutus Luſitanus *Prax. Med. Admir. lib. 3. obſ. 3.* ſe puello qvadrimo febre calidiſſimâ laboranti ſangvineo ead. die bis venam aperuiſſe, & poſtea adhuc qvinqvies ſangvinem emiſiſſe refert. Et de *Med. Princ. Hiſt. lib. 1. hiſt. 80. qvæſt. 47.* infantibus duos annos natis, imò ſeptimô ſextove menſe venam tutò aperiri poſſe contendit. Pariſienſes qvoqve ſangvinem infantibus lac ſugentibus detrahunt, qvod tamen Riverius ipſe locô infra N. 98. citato improbat. Galenus eqvid. pueris ante decimum qvar-

qvartum ætàtis annum venam ſecandam non eſſe paſſim docet, qvia humidiſſima cum ſit ætas puerilis, facilè digeritur ac diſſipatur *lib. 9. M.M. cap.17.* Verum hoc non ſimpliciter de omni ſangvinis miſſione, ſed tantum de pleniore illa veteribusqve conſvetâ intelligendum eſſe Fernelius, Fuchſius, Augenius & alii monent. Sennertus tamen *Paralip. ad Inſt. 22.* diſſentit. Neq; nos eam ætati teneræ, niſi ſumma illam neceſſitas imperat, ſvademus. Hæc nnper imperâvit, ut Filio Magni Viri 7. annorum achoribus & epiphorâ pertinaci, tandem ophthalmiâ in utroq; oculo graviſſimâ laboranti, ſvaſu ſuſceptoris, Medici Lipſienſis experientiſſimi, ſaluberrimo, & conſenſu noſtro promptiſſimo, qvòd palatum puer haberet ad medicamenta difficile, ſangvis ad unciam 1. ſem. cum emolumento extraheretur.

III. *Sangvinis mittendi qvantitatem* vitii à 47
ſangvine dependentis ſive morbi magnitudo determinat. Virtus autem permittit vel prohibet. Permittit ſi ſit valida; prohibet, ſi debilis. *Morbus autem magnus* dicitur tribus modis Galeno *l.4. m.m. c. 6.* 1. ratione *ſubjecti*, qvando nobilem partem occupat v. g. cor, cerebrum, hepar. 2. ratione *formæ* & propriæ eſſentiæ, cum plurimum à naturali ſtatu recedit, ut eſt inflammatio reſpectu ſimplicis intemperiei. 3. itidem ratione *formæ*, qn. eſt κακοηθὴς, *mali moris*, ut peſtis, cancer. Adi qvoq; Fernelium *l. 9. m. m. c. 9.* D. Sennertum *Inſtit. Med.*

p. m. 194. Brunon. Seidelium *de morb. incurab. p. 8.* qvibus qvoq; morbus magnus ille dicitur, qvi eſt in parte principibus affinitate juncta, ut ſunt pulmones, latera, ventriculus, lien. *Non ſolùm autem æſtimare oportet, an vires nunc firmæ & validæ, ſed etiam an ad vigorem usq; & ad morbi declinationem tales videantur permanere poſſe, vel potius ante ſint defecturæ,* cautè monet Victor Trincavellius *Epiſt. Med. 19. pag. 849.* Ergò cujusmodi natura fuerit ejus, qvi perferet, eò usq; educendum, ſecund. Hippocr. *lib. 1. aph. 3.* Tantum extrahendum, qvantum non morbus tantum, ſed & poſt morbum corporis conſtitutio aptè ferre poteſt, ne, profligatô uno, novi morbi generationi occaſio ſubminiſtretur, cujus exemplum in fine Numeri 79. exhibemus.

77 Largam Itali & Galli, Pariſienſes præprimis, in acutis febribus amant ſangvinis detractionem, qvam Riolanus *lib. de circulat. ſangv. cap. 20.* defendit, Riverius *cent. 2. obſ. 92.* Virgini cuidam XX. annos natæ ſævâ plevritide affectæ ſecundâ morbi die ſangvinem ad uncias 8. ſeqventi die ad totidem fuiſſe detractum; ſe v. poſtmodum vocatum ſangvinis circiter uncias 14. & poſt qvatuor aut qvinq; horas ad uncias 10. detraxiſſe, eamq; evacuatione ægram facilè tuliſſe, ac ſeq. die à plevritide & febre omninò fuiſſe liberatam, refert Sangvinis præter uncias 4. libras 3. Virgini huic fuiſſe detractas, colligit qvi calculum ſubducit. Riolanus in morbis à plethorâ & febribus continuis acutis, putridis, arden-

ardentibus non eſſe ſangvini parcendum ſtatuit, ſed ſpatio XIV. dierum demi poſſe dimidium.

Sed *qvantum Sangvinis homo in mediocritate poſitus* i. e. floreſcentis ætatis ſangvineus & probè nutritus *continet?* In Studioſæ Juventutis gratiam è doctiſſimô *de Sangvinis motu commentariô* Dn. D. Slegelii *pag. 104.* qvæſtionem hanc ſolventis id prodo: *Avicenna*, inqvit, *ad libras XXIV. accedit. Riolanus ponit XV. aut XVI. Harvejus expertus eſt in ove non contineri plus qvatuor libris. Bos mediocris apud nos mactatus eſt hoc autumno, ex jugulato exceptæ ſunt ſangvinis libræ medicinalis ponderis XXIII. & unciæ IV. adhibitâ diligentiâ, ne aliqvid periret. Demus vero omnem ſangvinem Colligi non potuiſſe, & addantur libræ aliqvot, v. g. 10. aut 15. (certè plures non poterunt) fiet hinc aliqvo modo etiam judicium, qvantum homo præter propter contineat. Nobis videtur veriſimile, talem hominem, qvalem paulò ante deſcripſimus, vix plures qvàm lib. XVIII. aut xx poſſidere, imò plures XV. eſſe contentos.* 78

Qvendam qvoq; ſvaſiſſe eximendam mediam maſſæ ſangvinis partem, idq; intra ſeptimum vel decimum qvartum diem in continuis febribus, refert Bernh. Svvalve *disqviſit. Therapevt. ſect. 6. p. 128.* Sed eleganter reſpondet ibi: *Hoc opere mercata calamitas non placet. Gallis italisq; hic deſtinetur Æſculapius. Germani, qvos vocat voraces, Angliq; qvos carnivoros, præcipitarentur in tumulum. Ipſæ Parcæ meliora decernerent. Noſtro tamen plebotomandi more* 79

D 5 non

non facilè peccatur exceſſu. Bellè. Noſtra corpora vix tantam ſangvinis evacuationem ferunt, atq; periculoſum eſt eam tentare, uit Sennertus *Inſtit. Medic. pag. m. 1171.* Vid. qvoq; infra N. 106. Malo ſuo expertus eſt Studioſus ille ap. Sennertum *Paralip. ad Inſtit. 22.* cui Plevritide laboranti Medicus ex Italiâ redux non ſemel ſed aliqvoties venam aperuit, & ſangvinem ſatis copiosè emiſit. Unde factum, ut æger qvidem Plevritide liberatus fuerit, paulò poſt verò, epate ob ſangvinis nimiam evacuationem valdè refrigerato, in hydropem incidit, qvo obiit.

80 Cùm autem factâ morbi viriumq; inter ſeexqviſitâ collatione æqvâ & legitimâ vacuationis qvantitate citra inſignem virium offenſionem morbus ſit adimendus, & qvid. validis conſtantibusqve viribus fidenter, qvantum morbus deſiderat, vacuandum, minus validis parcius, qvaritur: *qvænam Venæ ſectio vel ſangvinis detractio larga, qvæ mediocris qvæ parca vel minima nobis Germanis ſit dicenda?* Ego hîc itidem alterius verba interponere malo, qvàm Scabioſis obtrectatorum auribus meâ qvibus diffidunt, exponere. *Unciis duodecim*, inqvit Bernh. Svvalve l. c. *aut ſedecim ſangvis emiſſus, ſummâ qvid. videtur emitti qvantitate: iisdem octo vel decem, mediocri: qvatuor vel qvinq; minimâ.* Sangvis, qvem nuper Dn Affini meo Reipubl. hujus Syndico digniſſimo ad bilancem ſubjectam Chirurgus juſſu meo extraxit, qvinqve in eâ & in Proviſoris Phar-

Pharmacopœæ Ducalis ſtaterâ fuit unciarum. In memoriam tum Ægræ extractum revocavi, factâq; hujus cum illo collatione mentali vix dimidiam præſentis partem illum æqvaſſe, mecum Chirurgus idem ſanctiſſimè pronunciavit. Et teſtor ego 81
DEUM omniſcium, Judicem & Vindicem acerrimum (qvem temerè teſtari perjuri, non Viri boni eſt) non illum ad trium Unciarum qvantitatem adſcendiſſet. Poſitô tamen ſed non conceſsô, trium unciarum iſtam ſangvinis miſſionem fuiſſe, eâ tamen, qvæ minima Medicis dicitur, longè fuiſſe inferiorem eſt colligere. Phlebotomiam ad uncias 4. vel 5. tentativam vocat Riverius *cent. 2. obſ. 34.* Hic ergò tentativâ iſta minor fuit. Attende, Cor- 82
date Lector, pueris ſexto aut qvinto ætatis annò plevritide laborantibus tres qvatuorve cruoris uncias Fernelius celebratiſſimus ſuperiori ſeculo Medicus detraxit. Ægræ juvenculæ (ad poſitionem) tres unciæ fuerunt demtæ, & hæ plura confuderunt capita, qvàm guttas unciæ continent. Audi Fernelium ipſum *lib. 2. meth. Med. cap. 11. Hoc & ipſi,* inqvit, *plerumq; experimur, ſexto aut qvinto ætatis anno tres ſangvinis qvatuorve uncias plevritim, interiores inflammationes, hisq; graviores morbos finiviſſe.* Ita qvoq; puero octenni ap. Schenckium *lib. 2. obſ. Medic. 105.* Plevritide laboranti ſangvis ad uncias qvinqve feliciter fuit extractus. Ex eo enim puer & liberiùs ſpiravit & minus doluit. Paulus Zacchias *qvæſt. M. L. tom. 3. conſ. 40.* in Medicum qvendam gravi-

graviter invehitur, qvi in morbis ex ſangvine & ſangvinis miſſionem de neceſſitate poſcentibus unam aut alteram tantum unciam, ut aliorum detractiones effugeret, detrahi curaverat. *Qvis non dixerit*, inqvit Zacchias, *unum idemq́ eſſe ſangvinem non detrahere, & detrahere nimis parcè*. Parcè nimis Ægræ Evander, contra indicante motus, detraxit: & jam vapulat. Ergòne tantas ſangvinis illa miſſio, qvæ, qvia parca fuit, pro nulla habetur, turbas dedit? dedit, ſed iis, qvos præter alia Venæ ſectionis nomen decepit.
83 *Venæ ſectio* enim ſeu ſangvinis detractio vel *abſolutè* ponitur vel cum *addito*. Abſolutè ſi ponitur, mediocris intelligitur: ſi mediocris non eſt, additur vox vel parca vel larga. Qvæ diſtincta licet ſint, imperitum tamen vulgus & hujus ſoboles ad exceſſum & defectum prona confundere ſolet, auditoq́; à ſociis Venæ ſectionis nomine, etſi parca illa fuerit, mediocrem vel largam eſſe ſibi perſvadet, & qvod ſibi perſvadet, diſtinctionis immemor abſolutè divulgat.

84 IV. *Qvando Vena ſecanda?* Venæ ſectio aut προφυλάξεως ἕνεκα *præſervationis ergô* in ſanis; aut θεραπείας χάριν *curationis gratia* in ægris adminiſtratur. In *Prophylacticâ* vernum tempus Medicinæ Parentes Hippocrates & Galenus eligunt: *ille lib. 6. aph. 47.* hic *in comm. & lib. de S. M. c. 7.* In *Therapeuticâ* tempus vel univerſale vel particulare, ſive morbi aut diei reſpicimus. *Tempus morbi* primum ſive principium morbi ad evacuandum aptú

eſſe

ſſe pluribus oſtendit Galenus *lib. de cur. rat. per S. M.* ribus etiam aut 4. diebus exactis Venæ ſectionem præcipiendam eſſe ait cap. 20. ſi nim. indicans Venæ ſectionis adeſt. Ad hoc enim non ad dierum numerum attendere jubet. Imò qvocunq; morbi die mittendi ſangvinis ſcopi in laborante ſe obtulerint, in eo auxilium iſtud adhibendum eſſe præcipit, etiamſi vel vigeſimus is ab initiô extiterit. Particulare tempus ſive partem *horamve diei* qvod attinet, ſi mittendo ſangvini horam eligendi Medico atur poteſtas, matutinam eligendam eſſe ſvadet Galenus. At ſi poteſtatem magnitudo aut dolo- 85
119 *Objicis:* Iſtam tamen ſangvinis detractionem Virium imminutionem peperiſſe & ad mortis antrum viam aperuiſſe turbatus Oeconomiæ humanæ ſtatus Phlebotomiam ſecutus prodidit. *Reſp.* 1. Ridiculam hanc collectionem Vulgi eſſe, cui ſimilis eſt illa ejuſdem Clyſterum uſum reſpuentis: Johannes & Conradus poſt Clyſterum uſum diem obierunt ſuum. Sine dubio g. Clyſteres mortis fuerunt cauſa. Qvibus reponere ſoleo, etiam poſt aqvæ cinamomi, pertarum & aliorum confortantium uſum nonnullos debitum naturæ perſolviſſe: abjicienda g. eſſe & iſta omnia, qvia, vi collectionis ſimilis, Mortis fuerunt cauſa. Abſurdum! Debilitas qvidem phlebotomiam ſecuta eſt, ſed ratione temporis tantùm, non a. ratione effectûs. Adeò veriſſimum eſt, qvod D. Sennertus *lib. 5. Pr. Med. part. 4. cap. 10.* dixit: *Nullibi fallacia cauſæ freqventior eſt,* *qvam*

qvàm in Medicinâ. Item: *Multa ſæpe cum effectu aliqvo conjungi poſſunt, qvæ ejus cauſa non ſunt. Itaq; ut non ſeqvitur: iſto ambulante coruſcavit. Ergò ambulatio eſt cauſa coruſcationis. Ita non ſeqvitur: hic vulnetus ſanatus fuit, & adhibuit ungventum armentarium. Ergò ungventum armentarium eſt cauſa ſanationis: niſi monſtretur, ab ipſo ungvento neceſſariò hunc effectum ſecutum eſſe.* Hæc ille. Ita vice versâ in negotiô noſtrô non ſeqvitur: In pejorem ſtatum delapſa eſt ægra, cui ſangvis fuit detractus & qvarto à Venæ ſectione die diem obiit ſuum. Ergò Illa ſangvinis detractio pejoris ſtatûs & hunc conſeqventis mortis cauſa fuit, niſi mõſtretur, ab iſta ſangvinis miſſione, etiamſi parca fuerit, non verò à morbô magnò, neceſſariò hunc effectum fuiſſe ſecutum, Itaq; 2. Di- 120
ſtingv. eſt inter *cauſam per ſe & per accidens.* Turbati œconomiæ humanæ ſtatûs & hunc inſecutæ mortis cauſam per ſe morbum fuiſſe magnum arte omni majorem infra N. 150. patebit. Parca ſangvinis detractio non turbas iſtas, calorem, dolorem, deliria &c. dedit, ea influxum in hæc non præbuit, adeoqve cauſa planè per accidens, ſi debet ita dici, dici meretur, ſed ſenſu eo, qvo Dnn. Jenenſes Philoſophi, non Dnn. Wittebergenſes, cauſam per accidens capiunt. Iſtis enim cauſa per accidens ex parte effectûs ea etiam eſt qvæ nec influit, nec intendit: qvi vero ſtrictiùs eam ſumunt: & influxum etiam eidem tribuunt. Et in hac vocis illius acceptione negatur Venæ ſectionem cauſam per accidens fuiſſe.

3. Cùm unum & idem ſit, ſangvinem non detrahe-
re, & ſangvinem nimis parcè detrahere (vid. ſupra
N. 82.) falſum eſſe patet, phlebotomiam iſtam vi-
res imminuiſſe. Morbi atrocitas virium lapſum &
ſymptomata peperit, eaq; , etiamſi ſangvis ea ra-
tione non fuiſſet detractus, ædepol! peperiſſet. Cum-
qve mox primâ invaſionis horâ, in principiô, & an-
teqvam ad augmentum morbus tenderet, Venæ ſe-
ctio fuerit adminiſtrata, qvî malorum cauſam in
Solam ſangvinis detractionem rejiciet is, qvi mor-
bi indolem ignorat? Condonate, Medici cordati,
mihi minutias, qvæ vobis riſum, mihi laborem pa-
riunt, curioſiùs evolventi. Indignas oculis veſtris
gravioribus intentis eas eſſe fateor; eorum tamen
gratiatum qvi veritatis amore huc accedunt, tum
qvi falſa opinione ducuntur, prolixiori hæc ſunt e-
121 volvenda calamô. 4. Si ob metuendam virium,
etiam qvalemcunq; jacturam Venæ ſectio qvæq; eſt
rejicienda, etiam purgantia & ſudorifera erunt in
morbis gravioribus proſcribenda, qvia & iſta nul-
lam non viribus vim inferunt. Raram his ſubjicio
obſervationem qvam Celeb. Dn. D. Bartholinus
cent. 3. hiſt. 23. recitat. *Centurio qvidam: Danus ſtipen-
dium Sereniſſimi Regis merens, de punctura lateris mo-
leſta, conqveritur. Advocatus barbitonſos colicam ſuſpi-
catus exhibet purgantem medicinam, qva per biduum
adeô concitata fuit alvus, ut tandem copioſus ſangvis κάτω
fluxerit, jamq; vix ſpiritum trahens mutatô conſilio Medici
operam implorat, qvi diligentius ſingula expendens Pleu-
ritide*

ritide laborare videt monetq́ȝ. Statim vena illi ſecta. Seqvutum deinde per ſputum pus laudabile. Inde ſublatus convaluit. En! ægro vix ſpiritum trahenti ſangvinem detraxit Medicus. Noſtrorum judicio, ſi fuiſſet ſtandum, omittenda fuiſſet operatio iſta. Sed methodo medendi ille fretus indicantis ductum ſecutus indicatum accuravit. Medendi methodum, Medicorum cynoſuram qvi ſeqvitur, non errat, ſive æger reſtituatur, ſive morbo ſuccumbat. Medicari finis eſt Medicinæ internus, ſanare externus, qvi non ſemper eſt in artis poteſtate. *Neq́ȝ Medicinæ eſt ſanum facere, ſed qvousq́ȝ fieri poteſt, eousq́ȝ perducere. Licet enim etiam illos, qvi non poſſunt recuperare ſanitatem, tamen curare bene.* Ariſtoteles *lib. 1. Rhetor. c. 1.*

Ratio *ſecunda* hæc eſt: Si in Variolarum Statu 122 venam ſecare licet, qvando Plevritis ſupervenit ſeqvitur multô magis eandem ſecari poſſe in morbillorum Declinatione, qvando in eâ Plevritis oboritur. Prius eſt verum. E. & poſterius. Ratio conſeqventiæ majoris probatur inde. 1. qvia in Variolarum Statu pugna inter Naturam & morbum oritur, ac ſymptomata omnia ſunt vehementiſſima: in Declinatione a. pugna finita & morbus à naturâ eſt victus. Itaq; tutius hic, qvam ibi, ſangvis mittitur. 2. Qvia in Variolarum Statu venam ſecare metuimus ideò, qvod intrò revocetur materia & naturæ motus turbetur. At v. in Morbillorum Declinatione metus ille eſt inanis. Nam eo tempore, qvod debuit & potuit digeri

digeri, jam digeſtum eſt diſcuſſum erat: qvod v. digeri non potuit, in morbillis nuperis recesſit, ut ſupra N. 34. fuit oſtenſum. Qvia ig. naturæ lege & debito ordine morbillorum ſcoriæ receſſerunt, adminiſtrata tum Venæ Sectio naturæ motum turbare non potuit.

123 *Minorem* probamus ex D. Franc. Oſvvaldi Grembſii Reverendiſſ. Principis & Archiepiſcopi Salisburgenſis Medici ordinarij libro, qvi inſcribitur *Arbor intègra & ruinosa Hominis lib. 2. cap. 3. pag. 425. In adultis*, inqvit, *poſt primam & ſecundum diem mittendus eſt ſangvis in parvâ qvantitate; ſi verò humor morbificus* (variolarum) *in habitum corporis eſt propulſus, tum Venæ ſectio eſt periculoſa: intrô n. revocatur materia, niſi urgens aliqvis morbus ſupervenerit, veluti eſt Plevritis.*

124 II. *Autoritate* non tantum Poliatri noſtri & Nobilisſimorum Dnn. D. D. Sebiziorum, clarisſimorum in celeb. Argentoratenſium Academiâ luminum, ſed præprimis Collegij, qvod Jenæ eſt, Medici gratioſisſimi. Et illa & iſta qvid. cum Amplisſimæ Facultatis Medicæ ſolius ſententia omnem in controverſiæ hujus deciſione paginam abſolvat, demitti potuiſſet; qvia tamen. ſeqventi poſt ſangvinis misſionem pomeridianam die Poliater, ſenex venerandus, in curationis ſocietatem manè vocatus in morbi indolem & circumſtantias præſens ipſe qvoq; inqviſivit, his oculati optimi teſtis, (cujus indefesſum Studium non ſenectus moratur,

cando-

candorem non reſpectus frangit) literis, qvas E-
vander rogavit, rem præſentem in anteceſſum ani-
mare placet. *Magnifici & Excellentiſſ.* Dn. D. Sebi-
zij *celeberrimi Argentoratenſium Æſculapij Senis nun-* 125
qvam non colendi, qvi rarô & decorô artis ſuæ ex-
emplô vegeta etiamnum mentis oculorumq; acie
præditus 90. ætatis ſuæ annum jam numerat, judi-
ciô acutisſimo & exercitatisſimo per Amicum ejus-
dem intimum *Virum Magnificum & Conſultisſimum*
Dn. D. Johan. Rebhan *JCTum celeberrimum, Com.
Pal. Cæſ. Colleg. Jurid. Senior. meritiſſ. Avunculum
meum honoratisſimum*, quæſtionis ejusdem deciſio-
nem prius ſubmiſi, qvam Collegio Medico caſum
Medicinalem proponere animum induxi. Petito
meo, licet ignotus ipſi hactenus ego fuerim, Vir
Magnus, ejusdem Filius ſtrenuus paternæ & avitæ
Virtutis ac Famæ æmulus Facultatis Medicæ in Ar-
gentoratenſium Academiâ Decanus jam dignisſi-
mus, (qvibus, ut in Artis incrementum & Orna-
mentum annos Ducum ſuorum nim. Hippocra-
tis & Galeni, qvorum ille ſupra centum qvatuor,
hic ſupra centum qvadraginta annos vixit, in pace,
benedictione & ſanitate ſuperent cordicitùs voveo)
inter varias & graviores occupationes, licet bre-
vioribus rei geſtæ ſeries à nobis eſſet delineata, aſ-
ſurgere, ſuamq; hac de controverſiâ ſententiam
tranſmittere non fuerunt gravati. Eam itaq;, qvia
ſuperflua non nocent, ut Jurisperitorum ore lo-
qvar, præprimis cum luce ſit dignisſima, adjicere
& volui & debui.

Ergò

126 Ergò 1. Literas ab Evandro ad Poliatrum noſtrum exaratas. 2. Hujus ad iſtas Reſponſorias. 3. Caſum Medicinalem ipſum Amplisſimæ Facultati Medicæ in Salanâ propoſitum. 4. Ejusdem Sententiam. 5. Nobilisſimorum Dnn. D. D. Sebiziorum judicium ſubjungemus.

I.

127 (Tit:) Großg. und Hochgeehrter H. Gevat.

Demſelben wird in friſchen Gedächtnüß ſeyn / was maſſen nach der Herr L. F. Haußfrauen Seel. auff mein Anordnung geſchehenen Aderlaß Er deß folgenden Tages auch erſuchet worden/ wie Er es befunden/ wie die Aderlaß geſchehen/ und was ſonſt vor Umbſtände vorher gegangen/ hat er von der Seel. Patientin und Anweſenden außführlich ſelbſt vernommen. So wird Ihm auch nicht entfallen ſeyn / wie wir miteinander communiciret haben / wie die Kranckheit ihren Fortgang und End genommen ꝛc. Wann aber die von mir angeordnete Aderlaß ietzo vielen einen Scrupel machen wil / zugeſchweigen / daß etliche ungereimt wollen fürgeben / es were kein Seitenſtechen vorhanden geweſen: Als iſt an den Her. Gevatter mein Dienſtf. ſuchen / Er geruhe großg. nicht nur ſpeciem morbi Schrifftlich mir zu ertheilen (damit als einem Atteſtato, ſo es etwan die Noth erfordern würde/ ich unzeitigen Artzney Richtern begegnen könne:) ſondern auch ſeine Unparteyiſche aufrichtige Meynung ſepoſito omni affectu candidè zu geben und zu fällen. An fœminæ huic plethoricæ, quæ

in Declinatione morbillorum benignorum plevritica evaſit, Venæ Sectio mox primâ invaſionis horâ parcâ manu adminiſtrata, noxia fuerit & lethalis? Solche großg. Wilfahrung ꝛc.

Evander.

II.

(Tit.) Hochgeehrter Herr Gevatter.

Auf deſſen geliebtes Schreiben berichte ich / daß 128
mir wol wiſſend/was nach der Herr L. F. Haußfrauen Seel. von Ihm anbefohlenen Aderlaß in ihrer Kranckheit vorgegangen / und daß umb ſo vielmehr/weil von ermeldter Aderlaß ungleiche Reden hernach gegangen. So iſt mir nicht unwiſſend/daß die Seel. Frau ein jung Menſch und Blutreich geweſen / und damals an den Maſern laboriret / und dieſe allbereit in Declinatione, wie ich ſelbſten geſehen/geweſen/ und befunden/ daß ein Seitenſtechen bey Ihr vorhanden und zwar plevritis vera. Ob es zwar zuzeiten geſpielet/daß es plevritis ſpuria were; Allein ſo haben doch die andern Zufäll/ als calor præternaturalis, deliria reſpirationis pulſus & doloris qvalitas &c. gnugſam gezeiget / daß es ein rechtes Seitenſtechen / und alſo de hac morbi ſpecie kein Zweifel geweſen. So habe ich auch von der Frau Patientin Seel. und andern Anweſenden vernommen/daß die vorgegangene Aderlaß gar gering/und alſobald im Anfang deß Seitenſtechens geſchehen. Auf vorgelegte Frage: An Fœminæ huic plethoricæ, qvæ in declinatione morbillorum benignorũ plevriti-

ritica evaſit, venæ ſectio mov primâ invaſionis
horâ parcâ manu adminiſtrata noxia & læthalis fu-
129 erit ? Antwort ich mit Nein. Weil 1. die Aderlaß
bald im Anfang des Seitenſtechens / da die beſte Gele-
genheit / und die Kräfften dazu gnugſam geweſen vor-
zukommen / und / ſoviel möglich geweſen / vorzubauen.
2. Geringe. At nimis parca Venæ ſectio pro nulla
reputatur. 3. Indicante præſente, welches inflammatio
geweſen / davon das Seitenſtechen herkommen / welcher
inflammation wegen eine ſtarcke Aderlaß nötig / da-
mit zugleich eine revulſio geſchehe. Allein / ſo hat der
Herr Gevat. wie ich vernommen / in anſehung gewiſſer
Umbſtände Bedencken / und nicht unbillig / getragen /
weil man zuförderſt auf utrium robur tam futurum
qvam præſens zuſehen hat. Daß aber der unverhof-
te Todesfall erfolget / ſo iſt ſolcher (Wenn ich auch
nach meinen Pflichten / mit denen ich Facultati Me-
dicæ und meinem Officio zugethan bin / ſolte mein
Judicium candidè geben) nicht der Aderlaß / ſon-
dern morbi magnitudini zuzuſchreiben / welch Kranck-
heit Sie nach kaum ausgeſtandenen Maſern überfal-
len / ſo doch aller Medicorum Meynung nach in dem
Seitenſtechen ein febris acuta iſt / welches hier viel hef-
tiger worden / in dem ſich die Materia umb das Hertz
häuffig geſamlet / und nicht können ausgeworffen wer-
den / Uber das eine malignitet gewonnen / wodurch den
der Lebens-balſam bezwungen und überwunden wor-
den. So ich kürtzlich ſecundum indicationes præ-
cipuas, nach meinem wenigen Verſtand anführen wol-

len /

en/nihil præſcribendo rectiùs ſentientium judicio. Hiemit den Herrn Gev. Gottes Obhut empfehlend/ꝛc.

Dat. den 21. Jul. 1667. Joh. Majus, D. & Poliater.

III. 130

CASUS MEDICINALIS.

Gratioſiſſimæ Facultati Medicæ Jenenſi propoſitus.

SPECTABILIS DN. DECANE,

Viri Magnifice, Nobiliſſimi, Excellentiſſimi & Experientiſſimi, Medicinæ Doctores & Profeſſores celeberrimi, Patroni & Promotores ævi-ternùm ſuſpiciendi.

Iniqvis oculis Medicorum operationem imperitũ 131
vulgus ſæpius intueri, experientiâ ſine dubiô edoctus Medicus inſignis Petrus à Caſtro in eleganti *de Febri malignâ puncticuliari libello* ſ.6.§.1. nõ immeritò conqveritur. Theſin totam, qvia acceſſui meo forſan velificabitur, adducere placet: *In pulicari febre detrahendus ſtatim ſangvis eſt per venam ſectam, maximè qvantum fieri poſſit ab initiô. Eſt n. hæc operatio tanti momenti, ut illâ neglectâ vix fauſtum eventum in hac febre vobis liceat ſperare, qvantumcunq; blateret indoctum vulgus, cujus pernicioſa petulantia licentiam in hoc ſibi arripit, peritiorum etiam Medicorum operationem arguendi ac coercendi. Non vos iſta deterreãt, & à rectô medendi tramite latum ungvẽ avertant. Extrahite in principiô alacriter ſangvinem pro plenitudinis & virium ratione, ſummatim v. ad qvartum uſq;; qvin imò etiam illo tempore, qvo non admodum diffuſa fuerint contagionis ſemina; cum plethorâ a. etiam poſt diſperſionem.* Eandem alii qvoqve ultrò citroq; jactant Medici clariſſimi

querelam, fatorumq; ſuorum inclementiam impe-
ritorum & invidorum auſu acceleratam dolent ſe-
132 riò. Petulantiſſima qvorundã lingva Evandri qvoq; operationem nuper, cùm à conſiliis cuidam fuiſſet, clam illo arguendi licentiam ſibi arripuit, mutatâq; facti in aliam ſpecie in parata obviorũ ora falſi rumoris ſemina diſperſit. Hoc cervici ſuæ incumbens fati acerbi onus Evander crebris doctiorum exemplis erectior; ſimilibusq; ab ineunte ferè ætate aſſvetus æqvô jam animô tuliſſet, niſi Conſcientiæ, Famæ & Fortunæ inſidias ſtrueret illud. Tantam itaq; molẽ humeris ſuis imparem, ut auxiliatricibus veſtris manibus, qvas implorantibus nunqvam denegaſtis pro veſtro, qvo præpolletis, animi candore & veritatis amore, reipſa cum circumſtantiis cognitâ depellatis Vos per me rogat & ſubmiſsè petit Eva. idẽ.

133 Titia ſexûs ſui Ornamentum, matrona junior, honeſtiſſima, annorum 25. Morbillis epidemiô more hîc loci graſſantibus corripitur. Segniorẽ naturæ in expellendo conatum expellentibus, præprimis pulvere Marchionis, cujus uſum proficuũ deprehendit, Evander vocatus promovit, ita ut purpurâ corpus demum totum, qvia Plethoricum erat, ad votũ indueretur. Malignitatis metum erectus ad qvęvis decumbentis animus & conſtans ſatis virium robur, etiã in ipſo ſtatu eximebant. Aliorũ exempla felici exitu coronata ſolatio erant Ægræ. Et ſanè benigna fuit Morbillorum infantes, ſexum ſeqviorẽ, & qvorũ habitus fuit rarior, promiſcuè invadentium facies, qvam nõ deformarunt convulſiones, anxietas, præ-

ceps

ceps viriũ lapſus, angina, dyſenteria &c. indubitata
κακοηθείας ſive malignitatis indicia. Qvi calore de-
bitô exitum illis pararunt, ad exoptatæ ſalutis por-
tum brevi revertebantur, nullis morbillorum veſti-
giis ſive maculis, qvæ cum morbillis ipſis diſparue-
runt, conſpicui. Pauciſſimi neglectam vel ſpretam
medendi rationem rectam morte luerunt. Ea n. fuit
morbillorum ſpecies, qvam Haly Abbas Rubeolã,
Germani die Ritteln ſive Rötteln vocant. Multi qvaſi
morbillorum injuriam eludẽtes curã neglexerunt,
& ne lecto affigerentur, à benignâ naturâ impetra-
runt. Cornu Cervi & aqva fumariæ commune erant
pauperum aſylum. Accedens è qvorundam naribus 134
purpurei liqvoris largum ſtillicidium conficiendæ
in cutis ambitu purpuræ materiæ multum in ægro-
tantis commodum ſubtraxit. Aliorũ alvum bilioſæ
& flavæ materiæ ſine torminibus excretio ſive Di-
arrhæa turbavit, naturã tn. non obturbavit, ſed ma-
gis confirmavit. Et hoc & iſto beneficiô qvi carue-
runt, graviorẽ malorum jugo cervicem poſtea ſub-
mittere fuerunt coacti, plevritidi nim. febri vel con-
tinuæ vel intermittendi, aut ſcabie infectas reporta-
runt partes, qvi reconvaleſcentes repetito ſudorife-
rorum vel purgantium uſu inſecuturis malis obicẽ
ponere neglexerant. Ad Titiam revertor. Hæc dicto 135
& alvi beneficio & ſangvinis profluvio licet eſſet de-
ſtituta, morbillorum tn. hiſtoriam bellè abſolviſſe
videbatur. Purpurâ detractâ, temporibusq; tribus
Principiô Augmentô & Statu bene transactis, in De-
clinatione velut in ſalutis portu conſtituta plenam

fractarum virium refectionem ſecura curabat. Sed ecce!Elapſo octiduo in ipſa declinatione plevriticô illa affligitur malô,horâ pomeridianâ ſecũdâ,qvod propriis ſe conſpicuum dedit ſignis, pungitivo vidl. lateris ſiniſtri dolore, pulſu duro & inæqvali, reſpiratione freqventi &parvâ,febri acutâ.Dolor primũ in unô locô fixus deinceps verſus hypochondria diffundebatur, qvod, ut Dn. D. Sennertus in praxi ait, membrana totã thoracis cavitatẽ inveſtiat. Emortuali verò die ſine ratione evaneſcens proſtratæ facultatis animalis fuit argumentum. Oborta noctu deliria paſſionem mentis prodiderunt,qvæ qvidem de die, qvòd in viam iſta rediret, abeſſe videbatur ejuſdem tn.actiones tunc magis ſeriæ minusq; ſvetæ leviorem indicarunt eclipſin. Materia calidior ad plevram ſive tuſſi vehementiore,qvæ morbillorum individuus hactenus fuit comes & pediſſeqva, ſive qvodã vini hauſtu detruſa novarum turbarum fecit
136 initium. Advocatus Evander mox eâ ipsâ horâ & primò acceſſionis dolorũ tempore ſangvinẽ è brachii dextri medianâ, revulſionis cujuſdam ergò per chirurgum, ſed parca manu,vix trium unciarũ pondere, detrahit, tum laxiorem corporis ægroti compagem ad exſolutionem pronã, qvòd liqvidioribus & potulentis magis,qvàm ſolidioribus & eſculentis ſuam à teneris Titia ſuſtentaſſet naturã,tum ſangvinis in ea detractionẽ jam ante 4. ſeptimanas præſervationis ſvetæ gratia factam reſpiciens. Interdictô mox vini uſu palato decoctum pectorale,cui flores papaveris rhæados fuerunt adjecti,lateri dolenti li-

nimen-

nimentum ordinat&eniplaſtrum de meliloto,cujus effectum Thonerus *lib.2.obſ.Med.de Plevrit.2.*in dolore punctoriô demulcendo maximopere comendat. A cœnâ hoc ipſo invaſionis die ad ægrotã reverſus in pulſu inſignem inæqvalitatem,qvandoq; cum intermiſſione,adeoq; ſtatum turbatum,ſed diſcedens æqvalitatem iterum &ſtatum tranqvilliorem,Titiã etiam cum Medicô hoc fatente, deprehendit. Sed eundẽ, qvem pridie offenderat, ſeqventi manè pulſus tenorẽ,dubii eventûs indicẽ,advertit.Imbecillitatis nomine cùm hoc ipſum Fabio Marito afflicto indicaſſet, eôdem ſine dubio is territus in laborum curæq; partem Celſum Medicũ doctiſſimum,Senem experientiſſimũ,ut admitteret,petiit.Tantus Vir parte & votô Evandri admiſſus conatu pari aptiſſima in hoſtem arma direxit.Verùm qvamvis inceptæ& 137
cõmunicato opere continuatæ curationis telæ tota manu Juventutis in Ægrâ adminiculo freti, uterq; deſudaverit ſtrenuè, irritus tn. fuit conatus omnis, conſiliorumq; dexteritatem fefellit eventus triſtis, in eo namq;, ut ſputum maturè coctionẽ reciperet, & facilè promtèq; excerneretur, licet toti fuerint, neſcio tn.qva naturæ culpâ,etiam in ſanô, nedum in morbosô ſtatu Titia ad excernendũ attractã è pulmonum partibus materiã fuerit impotens, ad retinendum v. & deglutiendũ potens. Grave fuit ex vicinis oris locis vel parũ exprimere.Cum jam ſalutis cardinem in facili expectoratione verti ſæpiùs indicaſſet Evander, neq; ea die tertiô ſuccederet, neq; aliorum ſolutionis dextræ modorum indicia appa-
 rerent,

rerent, de Coſtæ ſalute jam conclamatum eſſe mœ-
ſtiſſimo marito indicavit, antequam in Provinciam
vocatus diſcederet, memor verborum, qvæ in Ma-
nuali ſuo, qvod eſt Idea Medicinæ Jonſtoni *lib. 9.*
cap. 2. de Plevrit. habentur : *Curatio eſt bonæ ſpei, ſi ſpu-*
tum maturè coctionem recipiat, & facilè ac promtè excer-
natur, & ſi qvarto die expuat æger album, leve, æqva-
le &c. & paulò poſt: *Nullius ſpei, ſi in eâ nihil exſpuatur:*
ſi pulſus ſit durus, parvus & ob calorem freqventiſſimus:
ſi ſangvinis aliqvis fluxus in initiô absq; alleviatione con-
tingat, qvia æger plerumq; qvarto die moritur. Dictis
138 reſpondet eventus. Die n. morbi qvarto, qvi pera-
cutorum eſt terminus, Ægra animam piiſſimam
inter benedictionis verba, qvæ fecit Confeſſionarius,
Salvatori CHRISTO reddidit, & in vivis eſſe deſiit.
Multorum mors hæc inopina concusſit pectora:
inopina v. imperitorum qvorundã de eâ ſententia
Medicorum animos. Hæc illius cauſam in V. S. fœ-
minæ morbillis affectæ, & non plevritide vel non
plevritide verâ laboranti, cui jam ante 4. ſeptima-
nas ſangvis fuiſſet detractus, adminiſtratã falsò re-
jiciens latiſſimè jam per ora multorum evagandi
ſibi viam facere & inflictum triſtiſſimi vidui cordi
vulnus exaſperare videtur. Sectio illa, cùm Evandri
ſvaſu ſit adminiſtrata, ſuarum partium eſſe duxit,
radicatam in ore multorũ opinionem convenienti
& apto mediô in tempore evellere. Sed aptiſſimum
viſum hoc, Gratioſiſſimæ ſc. Fac. Medicæ ſententiã
de caſu hoc rogare, latamq; erudito orbi communi-
139 care. Vos ergò, Viri Magni, revocatis ad Rationis
truti-

trutinam circumſtantiis omnibus ſuperiùs expoſitis (qvòd 1. fœmina fuerit plethorica. 2. juvencula. 3. in declinatione morbillorum & qvid 4. benignorum conſtituta. 5. hoc tempore plevritica evaſerit. 6. ne qvid. in ſanô ſtatu qvidqvã exſcreare potuerit. 7. liqvidioribus & potulentis magis, qvàm ſolidioribus & eſculentis per omnẽ vitam ſuſtentaverit naturã 8. Venæ S. ſectionis nuper in ſanitatis ſtatu factæ & habitus corporis rarioris intuitu adminiſtrata parcâ manu vix ad ℥iij, eaq; 9. in primô acceſſionis dolorum cum tuſſi & febre tempore) ſincerum de ſeqventi qvæſtione ut feratis judicium obnixè petit Evander:

An Fœminæ huic plethoricæ, qvæ in declinatione 140
Morbillorum benignorum plevritica evaſit, Venæ ſectio mox primô invaſionis tempore parcâ manu adminiſtrata noxia fuerit & lethalis:

Ad aram veſtram, Viri Magni, ut dixi, Evander 141
ſupplex confugit, & ut ab acutô inq; veritatis amplexũ pronô judiciô veſtrô dati problematis reſolutio dimanet, adſperſaq; famæ ſuæ injuriarũ macula doctrinæ & veritatis veſtra ſpongiâ abſtergatur, à Vobis per me ſubmiſsè petit & officiosè. Si ſuâ culpa illam juſtiſſimè contractam judiciô veſtro patuerit, politiſſimo hoc ſpeculô monitus ſe fati iniqvitate & vel durioribus dignum ipſe æſtimabit, Utramq; ſortem æqvô animô excipiet, & qvia Vobis illum qvaq; devincietis, in gratitudinis & obſervantiæ ſignum, eâ, qva par eſt, reverentiâ: ſua ſtudia, qvod per mei pondet, æternùm conſecrabit. Supremus

mus beatæ perennitatis arbiter DEUS ut Neſtoreos annos, doctrinæ, bonæq; mentis conſtantiam & ſanitatis munimentum Vobis clementiſſimè concedere dignetur, totâ mente oro voveoq;

Gratioſiſſimæ Facultati Medicæ
addictiſſimus N. N.

IV. SENTENTIA.

142 WohlEhrenveſter / VorAchtbarer und Wohlgelahrter/geehrter Herr und Freund/

Uns iſt deſſen Schreiben wohl worden / haben auch daraus/was an einer Weibsperſon von 25. Jahren ſo erſtlich morbillis benignis, hernach aber nach verfloſſener 8.tägiger Zeit plevritide laboriret ;) ſecundū methodum curandi adhibirt und von einem Medico in acht genommen worden.

Demnach wir nun des H. petito zu deferiren Collegialiter reifflich erwogen/ An fœminæ in propoſito caſu recenſitæ plethoricæ, qvæ in declinatione morbillorum benignorum plevritica evaſerit, Venæ ſectio mox primo invaſionis tempore parcâ manu adminiſtrata noxia fuerit & lethalis? Als geben wir hierauff zur Antwort/daß ſecundum legitima methodi artis fundamenta die bey dieſer Perſon und beygefügten Umbſtänden adhibirte Venæ ſection keines weges ſchädlich geweſen/ vielweniger den darauff folgenden Todesfall verurſachet/welches in freundlicher Wiederantwort dem Herrn gebetener maſſen ertheilet wird. Verbleiben im übrigen demſelben freundliche Gewogenheit zu erweiſen erbötig. Jena d. 11. Jun. 1667.

Decanus. Senior und Profeſſores der wollöbl. Mediciniſchen Facultät daſelbſt.

V.

An Fœminæ plethoricæ, qvæ in declinatione mor- 143
billorum plevritica evadit, venæ ſectio mox primo
invaſionis tempore parca manu, vix ad uncias tres
adminiſtrata noxia & lethalis eſſe qveat?

Anteqvam ad propoſitam qvæſtionem reſpondeatur, operæ pretium eſſe videtur, ut, qvid per morbillos intelligatur, explicetur. Habent n. apud diverſos Medicinæ proceres non unam eandemq; ſignificationem. Probabilis a. illorum videtur eſſe ſententia, qvi Variolas & Morbillos diverſos eſſe affectus ſtatuunt ſpecieq; diſtinctos. Et Variolas qvidem Græcorum ἐκθύματα *eſſe dicunt, puſtulas ſc. extumeſcentes, qvæ humoris ſunt plenæ & ſuppurantur: easq; faciunt duplices: alias ſublimes, tendentes in acumen, altumq; petentes, ortas à ſangvine calidiore ac ſubtiliore: alias latas & humiliores, ad ampliorem locum ſe extendentes, procreatas à ſangvine craſſiore, minusq; calido. Germani illas appellant* die Kindsblattern/die Bocken / die Barblen.

Morbillos a. ἐξανθύματα *Græcorum vocant: Latinè effloreſcentias, Roſalia & Rubeolas, à roſeo ſangvineove colore, qvem repræſentant. Noſtrates* die Röte/die Maſern/die Purpurn/die Kindsflecken *dicunt. Gignuntur ex ſubtili fervidoq; ſangvine, qvalis eſt bilioſus. Sed non extuberant, neq; in pus mutantur. Ambo affectus interdum epidemÿ ſunt & populariter graſſantur. Interdum etiam cum malignitate ſunt conjuncti: aliqvando illius ſunt expertes. Priores ut plurimum ſunt lethales, præſertim in infantibus & puerulis: hi ſic comparati, ut plurimi evadant.* 144

145 *His ita præmiſſis, ſuſpicor, Dominã Patientem Variolis proprie ſtrictis laboraſſe, qvoniã Variolis majorem ſangvinis copiam poſtulant, qvàm maculæ illæ rubicundæ, morbilli cognominatæ. Atqvi Domina ægra ejusmodi ſangvinis copiam fovebat. Erat n. ut ſcriptum plethorica, temperamenti calidi & humidi, menſes habebat ſæpius copioſos, in ætate degebat juvenili, viginti ſcil. qvinq; annorum, florido prædita roſeoq; colore, deniq; inflammatione membranæ coſtas ſuccingentis, qvam plevram nuncupant correpta: qvemadmodum ſatis ex punctoriô ſiniſtri lateris dolore, ſpirandi difficultate, febri acutâ, tusſi asſiduâ, pulſuq; duro & inæqvali colligi poterat; ſangvine procul dubio ad plevram translato, ita ut plevritidem excitarit.*

146 *Qvapropter rectè ſecundum artis præſcriptum factum, qvod ſangvinis misſio per Venæ ſectionem maturè fuerit inſtituta: ſed modica: forſan ob vires jam aliqvo modo fractas ac debilitatas. Harum n. vacuationem poſtulabat plethora: reqvirebat inflammatio plevræ: exigebat febris acuta: indigitabat dolor punctorius, qvi aliàs etiam in aliarum partium inflammationibus ſangvinis affluxum cauſare ſolet. Opus ergo erat vacuatione, revulſione, derivatione, alteratione & refrigeratione. Has n. operationes affectus recenſiti poſtulabant. Qvocirca ſangvinis misſionem & qvid. ad tres duntaxat uncias adminiſtratam, mortis cauſam neutiqvam fuiſſe concludo.*

147 *Conjicio potius, ſalvo tn. rectiùs ſentientium judicio, cauſam mortis extitiſſe plevritidem: & qvid. veram illam, minimè ſpuriam: qva etiam aliis ſubjectis benè multis, ob gravia, qvæ infert, ſymptomata, ruinam atq; interitum adferre ſolet: idq; eò magis, qvando purulenta materia*

teria ſuppurata plevritidis per tusſim non expectoratur, ſed intus manet ac retinetur. Pus namq́; inquit, Hippocrates aph. 12. ſect. 1. ſi tempeſtivè & ſtatim per initia exſpuatur plevritidem brevem fore denunciat; ſed niſi intra dies qvatuordecim extusſiatur, empyematis, h. e. puris collectionis in thoracis cavitate & pulmonis ſubſtantia cauſa fit aph. 8. ſect. 5. Empyemate v. rupto, ſi purulenta materia intra dies 40. per tusſim non educatur, φθίσις oboritur: qvoniam pulmo à retento pure & acrimoniâ imbuto tenella pulmonis ſubſtantia exulceratur.

Qvod Domina patiens morbi die qvartô vitam cum 148
morte commutarit, procul dubio plevritis effecit: qvoniã morbus peracutus erat; cujus ultimum terminum priſci Medici diem qvartũ ſtatuebant. Suſpicari ſanè licet, plevritidẽ illam non prorſus omnis malignitatis fuiſſe expertẽ: ſicut neq; morbilli neq; omnes variolæ ab illa ſemper immunes eſſe conſveverunt. Fundamenta hujus conjecturæ videntur eſſe virium dejectio morbi brevitas & vehementia, ad expectorandam purulentam materiam impoſſibilitas, fruſtraneus præſcriptorum remediorum uſus. Qvod ſi crebra animi deliqvia, petechiæ, aliave ſymptomata ſuperveniſſent, qvæ malignitas inducere ſolet, certius aliqvid determinare licuiſſet. Verùm cùm nulla eorum facta ſit mentio, ideò nihil ulterius addere integrum fuit.

Melchior Sebizius, Med. D. & Prof. Com. Pal. Cæſ. Reip. Argentor. Archiater & Capituli S. Thomæ Præpoſitus.

Johannes Albertus Sebizius, Med. D. P. P. & h. t. Facult. Medicæ Decanus subſcripſ. m. p.

Ein

149 En habes, *Lector & benevole & malevole*, veram rei geſtæ ſeriem hiſtoriamq;, & enatæ ex hac qvæſtionis dubiæ deciſionem, qvam totum Collegium Medicum & præterea Medici alii doctrinâ & experientiâ celeberrimi maturarũt. Tantorum Virorum judicio & rationibus ſuperius adductis prudens & candidus qvisq; ſtabit; qvi v. ſtare neſcit, helleborũ petat. Qvod dubium aliis viſum, curâ noſtrâ ad eos detulimus. Neq; n. ſibi diffidit Evander unqvam, ut agyrtarum more neminem pro actorum ſuorum teſte auderet admittere, Collegioq; navatam in curando operã ſubmittere reſpueret. Succurrit, qvod laudatus Dn. D. Bartholinus in *Medicin. Danor. domeſt.* habet: *Fatetur vel errorem, vel ignorantiam, qvi cum doctioribus congredi erubeſcit, ne diſſimulata fraus pateat.* Ad patibulum v. & ſepulchreta fatui ignis illi, qvi mœſtiſſimo viduo in luctûs tenebris degenti terrorem inanẽ injecerunt, jam concedant. Fatuos ignes circa patibula & in ſepulchretis enaſci Naturæ interpres docent. O ſi fatui ignes, qvi repulſam à facultate aeris repercuſſi tulerunt, ad demortuorum, h. e. ignorantium rerumq; Medicarum imperitorum locum, unde venerunt, compreſſis digito labellis reſilirent, alienumq; forum fugerent. Sed tn. ſunt ignes, qvia qvendam Medicæ ſcientiæ ſplendorem emittunt? Sunt ignes, ſed fatui, qvi accedentem fugiunt, recedentem inſano ſaltu inſeqvũtur, imperitosq; in inſcitiæ tenebris errantes decipiunt: obortô v. in Medicinæ firmamẽto veritatis jubare diſparẽt.

50 Ut ergò vela tandem contrahere qveamus,

Mortis

Mortis cauſam brevibus ex Fundamentis Medicis exponimus. Ægra plethorica qvid. fuit, ſive ſangvine abundavit, ſed impuro. Impuritatem ſangvis è ſcoriis morbillorum recedentibus contraxerat. Morbillorum n. nuperorum materiam fuiſſe partim tenuem partim craſſam, & hanc calidam, biliosſam & flavam ſubſtantiam ſupra N. 34. probavimus. Tenuis qvid. critico motu expulſa expellentibus fuit profligata & diſcuſſa, crasſior tn. ſubſtantia recesſit, qvod infidam prodidit criſin. Magna fuit impuritas, qvia magnus fuit morbillorum in totô agræ corpore proventus: ergò & materia multa adfuit & recesſit. Materiæ multũ pulmones obſediſſe, tusſis continuata prodidit. Adfuit etiam & hæreditaria & adſcititia pulmonum imbecillitas Pars a. imbecillior irruentem materiam facilè admittere, ſed non æqvè facilè ejicere poteſt. Materia qvoq; ad Plevram ſive menbranã coſtas omnes ſuccingentem & thoracis partes internas includentem obviciniam facilè fuit delata. Hæc qvippe membrana, ut cum omnibus thoracis partibus, ita & cum pulmonibus, habet connexionem. Materia calidior ibidem accumulata inflammationẽ h.e. Plevritidem peperit. Inflammatio a. eò major ſenſim eſt oborta, qvò major ſenſim materiæ copia fuit impulſa. Magnam fuiſſe inflammationem doloris latitudo, pulſusq; durus & ſerratus indicarunt. Inflãmatio verò ob cordis viciniam febrim produxit, & qvia pars qvædam ad caput fuit translata, inde mentis & ſpirituum animalium inordinationes fuerunt ortæ.

151 ortæ. Impulſa in plevrâ & poſtmodum è vaſis elapſa materia, qvia pulmones imbecilliores eam nec à plevrâ recipere, aut receptam exſpuere potuerunt, ſubſiſtens ibi corrupta, ut Foreſtus (ſupr. N. 62.) ait, fuit, ſive ut Bauhini ore (N. 53.) loqvar, putredinem concepit; qvæ febrim putridam acutam, ad qvam etiam temperamentum Ægræ calidum & humidum (vid. ſupr. N. 11.) in corpore rarô & molli ſuâ naturâ inclinavit, dedit. Materia corrupta & putrida malignitatem vitali facultati maximè infenſam facilè concopit: qva qualitate ſangvineæ maſſæ partes circulationis lege continuò affluẽtes deinceps imprægnantur, eoq; malignitatis charactere notatæ ad Cor revertuntur. Quod dum fit, Cor ipſum vitalitatis poteſtatem amittit, ſpiritibusq; ceu ſatellitibus ſuis, ſpoliatur. Hunc hoſtis conatum juvant ipſi plevræ dolores. Dolores n. ſpiritus disſipare, viresque dejicere artis Proceres teſtantur. Itaq; Natura â doloris atrocitate materiæq; & qvantitate & qvalitate & pravâ debilitata portam cordis reſerare, & qvam hactenus inhabitârat, vincenti morbo regiam aperire fuit coacta. Hac regia anima opinione citius, qvam in aliis obſervare datur, cesſit, qvia duobus ærietibus magnis vitæ muri brevi fuerunt concusſi, materiæ, ut diximus, & copiâ (inde decordis compresſione ſuffocationis metum injiciente ægra qverebatur] & malignitate, cum vel unus concutiendis illis, præſertim prioris morbi, morbillorum ſcil. injuriâ jam ante commotis, ſufficere potuiſſet ne de calore præternaturali dicam, qvi ſolus etiam

inſignem

nſignem virium ſtragem dare potis eſt. Repetantur etiam ea, qvæ ex Augenio ſupra N. 22. adduximus. Ratio n. ejusdem ſecunda & tertia locum hic meréur. Ita hoſtes varii in unius internecionem conſpirantes illam accelerarunt, & qvid. die qvarto, qvi ultimus eſt peracutorum morborum ex veterum ſententiâ terminus. Discurſum hunc noſtrum obſignamus verbis, qvæ facit Bruno Seidelius *lib. de morb.* 152
incurabil. pag. 88. Febres continuæ & totum agmen acutorum morborũ & velocis ſunt motûs atq; terminationis & magnitudinẽ ſeu periculum timoreq; conjunctum ſtatũ habent. In his ig. ſi excrementa ſint multa, acuta, prava, corrupta, & ſymptomata ingravant ſæva, ex qvibus vires ſubitô concidant, tum verò in inſuperabiles degenerare ſolent. Nam in acutis morbis breve ſpatium eſt, intra qvod, ſi auxilium non profuit, æger extingvitur, Celſo teſte l. 3. princ. Sed hîc arbitrantur aliqvi medicorum eſſe, ut prohibeant, ne ad ſtatum talem res deveniat: in qvibusdam ſanè fieri id poteſt, ſi mox à principiô omnia rectè & juſto modo adminiſtrentur, (qvod rariſſimum eſt) ſed non ſemper tamen: motus n. materiæ non penitus & omni ex parte poteſtati medici ſubjicitur, vires etiam corporum, qvales natura fert, tales Medicus invenit, neq; principia vitæ ſanitatisq; dare poteſt hominibus meliora, qvàm natura dederit. Itaq; non Venæ ſectione, ſed morbi vehementiâ Ægra periit. Ja der Todt wil ein Urſach 153
haben. Reſp. Verum eſt: num nihil fit ſine causâ. Datur Mortis cauſa tum *ſupernaturalis* (1. Diaboli ſeducentis malitia. Joh. 8, 44. Gen. 3, 1. (2. hominis delinqventis culpa. Rom. 5, 1. 1. Cor. 15, 22. (3. Dei vindicis ira. Gen. 3, 19. *naturalis* & phyſica, eaq; vel remo-

ta vel proxima, vel extern. vel interna, qvæ eſt calidi innati defectus, qvo de Phyſici. Sed Medic9, ne ſciens vel inſciens cauſa ſit mortis ullius moralis, propterea q; pœnâ ex lege vel Corn. de Sicar. ordinariâ; vel Aqviliâ, extraord. teneri qveat, caveat. *Cauſa a. moralis* fit & *committendo*, ſive ordinando & præſcribendo ea, qvæ ordinare & præſcribere nõ debet: & *omittẽdo*, cum non facit ea, qvæ, facere debet, propterea etiã eventũ voluiſſe cenſetur, ſi eum non impedivit, cùm poſſet & deberet. Vid. acutiſſ. Philoſ. Dn. Slevogt *diſp. de cauſ. moral.* Triplici a. ratione tã cõmittendo, qvã omittendo errare Medic. ſcrib. P. Zacchias *l. 6. Qv. Med. Legal. tit. 1. qv. 1. n. 7.* dolô vel malitiâ, ignorantiâ & negligentiâ. Evandr. a. vel ex dolô, vel ignorantiâ vel negligentiâ iſtam ſangvinis detractionẽ præcepiſſe, acta & probata noſtra negant.

154 Jam vela contrahimus argumentando ita:

Qvæcunq; V. S. ſecundum legitima methodi artis fundamenta fuit adminiſtrata, ea noxia & lethalis non fuit.

Atqvi V. S. iſta Fœminæ plethoricæ, qvæ in declinatione morbillorũ benignorum plevritica evaſit, parcâ manu mox primâ invaſionis horâ adminiſtrata, fuit ſecundum legitima methodi artis fundamenta adminiſtrata, ut Autoritate & Rationibus ſuperius adductis conſtat.

Ergo V. S. iſta Fœminæ plethoricæ, qvæ in declin. morb. benignor. plevritica evaſit, parcâ manu mox prima invaſionis horâ adminiſtrata, non fuit noxia & lethalis, id qvod Obtrectatoribus Evandri nomine erat demonſtrandum.

Tantum.